¶ Probat iterū in 3ª figura si nāqꝫ formet iste syllo in 3ª figura.nullū.b.est.c.oē b.est.a.ꝰ aliqḋ.a.nō ē.c.siue nullū aial ē q̄ntitas.oē aial ē corp⁹ aiatū:ꝰ aliqḋ corp⁹ aiatū non ē q̄ntitas:ꝛ maior sit ꝓbāda.aut igit h fiet ꝑ ꝓ figurā:aut ꝑ 2m aut 3m.de ꝓ ꝛ 2ª dem̄ est ꝓus.si ꝟo ꝑ 3m h erit ꝑticulariter ipsam ꝯcludēdo. Quia 3ª fig⁹ nō ꝯcludit vl̄r. hoc autē fiet accipiēdo aliqd de quo ꝑdicabit aial.ꝛ a q̄ q̄ntitas remouebit:vt arguēdo sic.null⁹ hō ē q̄ntitas.ois hō est aial.ꝰ aliqḋ aial non ē q̄ntitas.siue formādo syllm in penultimo mō:vt magis sonat textus.aliqs hō non ē q̄ntitas.ois hō est aial.ꝰ ꝛc.ꝛ eodē mō vlterius ꝓcederetur.si sub illo me aliqḋ iferius assignaret.cū igit sic ꝓcedēdo fiat ꝓcessus i affirmatiuis ꝭm descēsuꝫ.ꝛ i talib⁹ ꝓsupponit eē statū i deorsuꝫ.seqt ēt ꝙ i negatiuis erit status. ¶ Dubitat.qr iste modus ꝓbādi istā maiorē negatiuā nō ē modus reducēdi ipsaꝫ ad ime.sꝫ poti⁹ ad magis mediata.magis.n.mediata est ista ꝓpō.nullus hō est q̄ntitas.q̄ꝫ ista.nullū aial ē q̄ntitas.ꝛ sic modus Ar.nō ē ad ꝓpōm suū. ¶ 2º dubitat.qr vr̄ ꝙ non solū assumēdo iferius:sꝫ ēt supius probari possit arguēdo in vltimo tertie figure. Nulla suba est q̄ntitas.aliq̄ suba est aial.ꝰ aliqḋ aial non ē q̄ntitas.q̄re Ar.est diminutus. ¶ 3º vr̄ ꝙ quocunqꝫ medio ꝯcludat ista negatiua in 3ª figura.non tm̄ ꝓbatur ista q̄ ꝓus ꝓbanda erat.s.vl̄is:sꝫ solū ꝑticularis.q̄re iste modus nō ē ꝯuenienter posit. ¶ 4º dubitat.nūqd ad istā ꝓbādā in tertia figura accipe possim⁹ supius vel inferius ad ꝑdicatū. ¶ Ad hec rūdetur ꝓ ad 2m:ꝙ lꝫ ista ꝓpō particularis.aliqḋ aial nō ē q̄ntitas.ꝑ tale supius ꝓbari possit. Hoc tm̄ non ꝯtingit in eodē mō tertie figure:sine in mō tertie figure hñte minorē vl̄em de quo Ar.intēdit. Si.n.assumeret pro medio corp⁹ aiatū:tūc minor eēt falsa in 2º 3ª.vꝫ.oē corpus aiatū ē aial.eodē mō si formaretur syllo in bocardo. ¶ Ad ꝓ dicit qdā ꝙ a superiori ad inferius ꝓcedēdo vsqꝫ ad spālissimū procedit ad immediata. Eo ꝙ vltimū in descēsu est ꝓ in ascēsu. q̄re ꝓpō ista reddet imediata in qua deuētū est ad spālissimū.hec rūsio non placet.imo vr̄ oino extra itētionē Ar. ¶ Alr rūdetur ꝙ nō erat intētio ꝓncipalis Ar.hic oñdere.qualiter in negatiuis sit deuenire ad imediata. Sꝫ ꝙ sicut in affirmatiuis ascēdēdo vel descēdēdo nō dant media infinita ꝓsuppositis extremis:sic ēt in negatiuis nō dabunt media ifinita. Hec est rūsio Alberti:q vlterius addit ꝙ ꝑ tertiā figurā nō pōt mediata ꝓpō ad immediata reduci. ¶ Ad 3m ꝯcedit sicut argumētū ꝓbat:ꝙ nō ē ista met ꝓpositio q̄ ꝓ assumitur ꝛ postea ꝯcludit. Sꝫ sufficit Arist. ꝙ si aliquo mō ꝯcludi pōt in tertia figura solū ꝑticulariter ꝯcluderetur ꝛ ꝑ processuꝫ in 3ª figura:tandē eēt stat⁹. ¶ Ad vltimū dicit ꝓ ꝙ negatiua ꝓbāda in tertia figura ex veris ꝓmis ꝯcludi non pōt:assumēdo inferius ad predicatū pro medio.eo qr tūc oporteret illud ꝑdicatū i maiori propōne:aut vl̄r aut particulariter a suo inferiori remoueri.vt pꝫ discurrēti per oēs modos negatiuos 3ª figure.ꝛ sic maior eēt falsa. ¶ Dico 2º ꝙ per supius ad ꝑdicatū ꝯcludi pōt.ꝛ hoc per illū modū solum est particularis negatiua.vꝫ.arguēdo sic.aial non est hō.aial ē corpus animatū.ꝰ aliqḋ corpus aiatum non est hō. Hoc tm̄ non ꝯtingeret de negatiua propōne in terminis diuersorum ꝑdicamētoꝝ.de quali maxime Ar.hic intelligit:qr tūc minor cum sit maior eēt falsa:vt pꝫ discurrēti.

Obio ꝓ. Obio 2ª. E. Obio 3ª. Obio 4ª. Solo 2ª obiōis. Solo. ꝓme. Alia responsio aliꝫ. solo 3ª. F. solo 4ª. 2ª R.

¶ Manifestū aūt ē qm̄ ꝛ si non vna via demonstretur.sed omnibus aliqñ quidē ex ꝓma figura.aliqñ ꝟo ex secunda aut tertia.qm̄ ꝛ sic sta/

A bitur. finite enī sunt vie. Finita āt finite multo ties sūpta. finiti nece ē oīa. Qm̄ qdē igiť in pri uatione siquidē ⁊ in eē statur manifestū est.

¶ Potest aliquis dicere ꝙ lȝ in dēmrationibꝰ negatiuis aliqñ sit status vbi fiat dēmratio in vna figura tm̄. vbi tm̄ nunc in prima demonstretur: nūc in scđa: nūc in 3ª contin get in infinitū abire. Hoc remouet phs arguēdo sic. ex fi nitis finities sumptis non resultat infinitū: sed solū fini tum: cū igiť finite sint figure syllogismorū. ⁊ in qualibet figura sint ꝓcessus finiti qbus negatiue demōstrať. seq tur ꝙ aggregatū ex oibꝰ ꝓcessibus triū figurarū erit fini tum. ⁊ vltimate concluditur: ꝙ si in affirmatiuis demon strationibus erit status: ēt erit status in negatiuis.

T.c.35.

¶ Capitulum tertium de solutione questionū motaruȝ logice ⁊ analetice.

Ed ꝙ in illis logice aliquid quidem speculentur hoc manifestum sit. In his quidē igiť que in eo ꝙ qd ē ꝑdicanť patēs ē. si enim est diffinire aut si notū ē ꝙ qd erat eē. īfinita āt nō ē trāsire.

B ¶ Hoc est 3ᵐ capłm huius tractatus in quo Aris. ꝑ rōnes quasdā cōes ꝓbat in ꝑdicamētis non eē ꝓcessus in īfini tum. Scđo ꝑmittit qdā necessaria ad ꝓbāduȝ intētū ibi. Ut aūt sic dicimus. Tertio ꝓbat vlr in ꝑdicatꝭ affirma tiuis nō eē ꝓcessus in īfinitū ibi. Amplius si hoc nō ē. Pri mo ergo dicit ꝙ manifestū ē ꝙ qdā ꝑ logicas rōnes spe culanť i illis. s. affirmatiuis ꝙ nō sit ꝓcessus i īfinitū.

Cóclo.

¶ Necesse ē ergo finiri in eo ꝙ qd est ꝑdicātia.

¶ Et postea intēdit ꝯnē istam. Necesse ē qditatiua ꝑdica ta eē finita. ⁊ per ꝯñs in ꝑdicatis qditatiuis seu diffiniti uis non cōtingit ꝓcedere in infinituȝ. Probatur: qꝛ diffō datur cā inotescendi. sed intellectus cognoscere non pōt infinita. igiť non ꝯtingit infinita esse ꝑdicata diffinitiua. Maior de se pȝ. ⁊ minor silr pȝ. qꝛ intellectus non pōt i finita ptrāsire. q̄re ꝯcluditur ꝙ solū sunt finita. ¶ Nōnᵐ ꝙ per rōnes logicas Ari. hic intelligit rōnes ex qbusdā cōibus ꝓcedētes de qbus logica ꝯsiderat. Aut ꝑ rōnes logicas: vt Albertꝰ exponit itelligere possumus eas que ꝑ modū inuētionis ꝓcedūt: analetice xº diār q̄ ꝓcedunt via iudicij ꝑncipiatū in sua ꝑncipia resoluēdo. ¶ Nōnᵐ 2º ꝙ si quis ꝑfecte cognoscere dȝ diffinibile ꝑ eius diffō nē. dȝ si ps diffōnis sit diffinibilis cognoscere ꝑ eiꝰ diffō nem. ⁊ sic vlterius ascēdēdo. cū igitur non ꝯtingat intel C lectu in infinita cognoscēdo ptrāsire: seqtur ꝙ vel diffini bile nō poterit cōplete diffinitiue cognosci vel ꝙ in tali bus ꝑdicatis diffinitiuis nō sit in infinitū abire.

Rōes logice qd sint.

¶ Uniuersaliter auteȝ sic dicimus. Est. n. vere dicere album ambulare ⁊ magnū illud lignū eē: ⁊ iterum lignum magnum esse ⁊ hominez ambulare. Alterū igiť ē dīc sic aut illo modo. Cum enim album qdem eē dico lignum: tūc dico qđ cui accidit album eē lignuȝ est. sȝ non quod subiectū ligno albū sit. Et nāqȝ neqȝ qđ albū est. neqȝ quod vere album aliquid factuȝ ē lignum quare nō est hoc secūdū se sed aut se cundum accidēs. Cum xº lignum album eē dico non ꝙ alterū aliquod sit album. Illi autē accidit lignum esse. Ut cum musicū album eē dico. tunc enim quoniaȝ homo ē albus cui ac cidit musicum eē dico. Sed lignum est subm D quod vere factum ē album non qđ aliud alteꝝ qȝ quod vere ē lignum aut lignum ē aliquod. Si igitur opȝ nomina ponere sit sic dicere pre dicari. Sed illo modo aut nequaqȝ predicari aut ꝑdicari quidē non simplr ē sed aut ꝫm ac cidens predicari. Est autē tanqȝ albuȝ quidē qđ predicatur. sed sicut lignum ē de quo ꝑdi catur. Subyciať igitur ꝑdicatuȝ ꝑdicari sp de quo ꝑdicatur simpliciter. sȝ nō ꝫm accñs. Sic enī demonstrationes demonstrantur.

¶ Premittit quedā vtilia ꝓposito suo. Primo ꝑmittit di stinctionē ꝑdicatoꝝ ꝑ accñs a ꝑdicatis ꝫm se. 2º distiguit ꝑdicata ꝑ se ibi. Quare aūt in qđ qd est. Dicit igitur ꝑ ꝙ de vlibus ⁊ vlr de oibus ꝑdicatis ostēdere possum non eē ꝓcessum in infinitū. Deinde ponit hāc distōnem. Tri plex est ꝑdicatio per accñs. qdam in qua ꝑdicatur accñs de accñte. sicut hic. albū ambulat. Quedā in qua substā tia de accñte ꝑdicatur. vt hic. illud magnū est lignū. Ter tia est in qua accñs ꝑdicatur de subā. sicut in hac ꝓpōne. homo est ambulās. Modi aūt isti ꝑdicandi inter se sunt alteri siue diuersi. qꝛ qñ substantia de accidēte ꝑdicatur. sicut hic. albū est lignū: tunc non denotatur albuȝ eē sub ligno. sed ꝙ illud cui accidit albū est lignū. albū. n. ligno cōparatū non est subm cui accidat lignū. neqȝ ēt illud qđ est vere aliqđ album ꝫm ꝙ huius est subm trāsmutatio nis ꝙ sit factū lignū. quare ꝯcluditur ꝙ albū non ē subȝ ꝓprie: sed solū ꝫm accñs. Qñ aūt accidēs de subā ꝑdi catur. sicut in hoc exēplo. lignū est albuȝ. non denotať ꝙ albū sit aliquid alterū cui accidit esse lignū. sicut denota tur per modū ꝑdictum in quo ꝑdicatur de illo ligno cui accidit esse album. Qñ xº accidens de accidēte predica tur. vt cum dico musicū est album: idem dicitur sicut pri us. ꝑ istam. n. ꝑdicationē denotatur: ꝙ homo cui accidit musicus eē est albū. ⁊ sic musicuȝ non est subm ꝫm se sȝ ꝑ accidens: lignū xº est vere subm: sicut in ista. lignū ē al bum. est enim subm qđ vere factū est album. Et non ꝙ il lud qđ est vere lignum: aut lignum aliquod particulari ter sit positū alterū cui accidat. ¶ Et postea subdit Ari. si igitur opȝ nos imponere nomina quibus ꝓprie inten demus vt ista sola dicatur predicatio: que hoc mō est ꝓ prie ꝑdicatio. s. quando illud quod accipitur pro subie cto est vere subiectū. ⁊ qđ accipitur pro ꝑdicatio est vere ꝑdicatum. alio aūt modo non dicatur aliquid predicari vel si dicatur ꝑdicari. hoc non erit simpliciter sed ꝑ acci dens. hoc est ꝫm quid ⁊ improprie. Illud igitur qđ vere ⁊ proprie ꝑdicatur: est sicut albū: ⁊ ꝙ vere ⁊ ꝓprie subij citur: est sicut lignum. Presupponatur ergo ꝙ in sequēti bus solū illud de aliquo dicatur ꝑdicari: qđ de ipso sim pliciter ⁊ proprie predicatur: ⁊ non ꝫm accidens: ⁊ im proprie. ⁊ hoc rationabiliter supponere debes. loquimur enim hic de materia demōstratiua. demonstrationes xº solum talibus predicationibus vtuntur. ¶ Notandum primo de mente cōmuniter exponentium: ꝙ licet ꝑdicte ꝑdicationes sint per accidens: aliqua est tamē plus ⁊ ali qua minus. Nam cū accidens de accidente ꝑdicatur: vt musicum est album: est triplex habitudo per accñs. pri mo: qꝛ subiectum per accidens comparatur substātie q̄ est subiectum musice. 2º qꝛ predicatum per accidēs com paratur substātie que est subiectū albedinis. verbi grā. sortis. 3º subiectum per accidēs comparatur ꝑdicato. vt musicū albo. quando xº substantia de accidente ꝑdica tur. sicut albū est lignuȝ: duplex est habitudo per accñs.

Predicatio per accidēs 3ᵉ.

E

F

Habitudo accñs ꝑ accñs.

A primo quia subiectū.s.albū per accidens substātie comparatur. verbi gratia. sorti. subiectū pdicato cōparat tāq̄ accn̄s: pdicatū vo non accn̄taliter inest alteri: vt pz. Sz qn̄ accidēs de sub̄a pdicat: ibi est sola vna habitudo per accn̄s.s.cōparādo subm ad pdicatū. Et addūt qdā alij q inest alia habitudo: cōparādo.s. pdicatū substātie siue cui accidit. sed hoc mihi videt frustra postq̄ per totam ppōnē illud denotat. Sed licet h vera sint. non tn̄ h Ari. pncipalr intēdebat. sz intēdebat pncipalr distinguere pdicationē pprie sumptā ab iproprie sumpta: quarū tn̄ quelibet est p accn̄s: Dicēs istā esse pdicationē pprie: in qua subiectū fm se est subm: z non rōne alterius eēntialiter ab eo. z pdicatū fm se est pdicatū: sicut hic. hō ē albū. lz.n. hō subijciatur albū: q2 aliqd eius indiuiduū. vt sor. eidē subijcit: non tn̄ sor. essentialr ab hoie differt. rōnabilr aūt predicta pdicatio propria dici dz. Quia de rōne pdicationis pprie est: vt subm vere cōparetur predicato tanq̄ mā: pdicatū vo subiecto tanq̄ eius forma: sicut aūt in pposito ptingit: qm̄ hō ē mā subiectiua albedinis: albū vo dicit formā subo suo iherētē. Istā aūt impropriā appellat pdicationē in qua subm non fm se est subm: sed rōne alicuius cui accidit: aut pdicatū nō fm se comparatur subiecto vt vere pdicatum: qualiter accidit in alijs duabus pdicationibus: vt albū est hō. z albū est musicū. q2 neq3 albū fm se est subiectū: neq3 pdicatum.s. homo vel musicū ē vere pdicatū respectu albi. z hoc rationabiliter. q2 albū non ē mā respectu hominis aut musici: aut homo vel musicū forma respectu ipsius. ¶ Propter hoc Ar. dicit. q ibi est simplr pdicari. homo est albū. ibi vo per accn̄s. albū est hō. z per simplr pdicari intelligit pprie pdicari. sz p accn̄s accipit pro improprie pdicari. Et iō dicit Linconiēsis q ibi non accipit pdicatio per se altero duoz modoz quibus dictū est superius .s. qn̄ vel predicatū est de eēntia subti. vt homo ē animal rationale: vel qn̄ predicatum egreditur a substātialibus subiecti. vt homo est risibile. sz hec dicitur pdicatio p se. q2 proprie sumpta. ¶ Nota tn̄ q Ar. non dicit per se: sz dicit simplr. Hāc ēt predicationē sumptā proprie quidā directā appellant: sed impropriā dicunt indirectā: z hoc rationabilr qm̄ proprie sumpta rectū seruat ordinē pdicationis: sed impropria non: Lz quidā leuiter arguant 2 hoc dicentes: q si hec esset indirecta. albū est musicum. eius cōuertēs scilicet. musicum est albū. esset directa. sz pz parū intelligēti. q2 2sequētia non valet. ¶ Dubitatur circa dicta: q2 hec est propria pdicatio. albedo est color. z tali potest vti demonstrator. vt pz. in qua tn̄ accidēs de accidente pdicatur. ergo dicta superius non vidētur vera. Maior pz. cum genus de specie pprie pdicetur z subiectum sit vt materia respectu pdicati: pdicatum vo forma. ¶ Secūdo in hac propositione. linea ē recta: vel curua: vel triangulus hz tres: pdicatur accidens de accidēte. z tn̄ est ppria. vt de se p2. talibus ēt vtitur maxime demonstrator: in qbus passiones de subiectis ppria pdicantur. q̄re zc. ¶ Forte dicitur q dictū Ar. intelligitur vbi accidēs cōcretum de accn̄te concreto pdicatur. z sic non est in predictis. Contra. q2 alique passiones de corpore mobili pdicantur de propria pdicatione: lz tā subiectum q̄ predicatum sit 2cretū. Itē de linea visuali z de numero sonoro 2crete sumptis: que passiones 2crete pdicātur: q̄ in arithmetrica z perspectiua 2siderātur. z h pdicatione ppria. vt pz. ergo responsio nulla. ¶ Tertio arguitur sic. hec est pdicatio propria. albū est coloratū. sicut etiam ista. albedo est color. vbi tamē accidēs de accidente predicatur vtrisque concrete sumptis. vt patet.

Solo. ¶ Ad hec respondetur. q cum Aristoteles hic loqtur de predicatione in qua accidens de accidēte predicatur. intelligit de pdicatione accn̄tis q̄ distiguit 2 pdicationem spēi gnis: z dr̄ie. z pprij: sicut ēt loqtur Porphyrius in vlibus suis: z talis rōnabiliter dicit pdicatio per accn̄s. pdicte aūt pdicationes sunt per se in p vel 2o. Scdo intelligit Ar. vt plane pz in textu de predicatione accn̄tis de accn̄te: qd fm se nō sit subm: sed rōne eius cui accidit. qd in pdictis ppōnibus non 2tingit. linea.n. fm se ē subiectum rectitudinis: z albedo coloris: vt pz. z corp9 mobile rez suaz passionū. z sic de alijs. ¶ Ad vltimū dicūt quidā: q i ista. albū ē coloratū. albū fm se ē subm: q̄uis .n. respectu musici nō sit fm se subm. respectu tn̄ superioris generis quale ē coloratū subm fm se dici pōt: z ex h 2cludūt talē esse pdicationē per se i p mō. Ego vo puto q illud non cōuincit vt ista sit pdicatio p se in p vel scdo de quibus supius dicebatur: sz 2cedi pōt ipsam eē predicationē pprie sumptā: eo q albū rōne accn̄tis per ipsum importati ē sbm accn̄tis iportati per pdicatū. Et loquor hic de subo pprio propōnis. q̄uis oppo9 huius inbesionis si qs velit probabilr pōt tenere: qm̄ albū nō ē sbm colorati fm q albū: sz hoc est rōne subiecti cui accidit.

D
Cap. 7

Ad 3m.

alia R.

Predicatio ppria.

Predicatio impropria.

B

Predicatio directa.

Du m pm.

C

Du m 2m.

R.

Repli.

Du m 3m.

¶ Quare aūt in quod quid est aut qm̄ quale aut quantū aut ad aliquid aut faciens. aut patiēs. aut vbi. quādo cū vnū de vno pdicabitur.

¶ Distinguit pdicata fm se. z p illa distinguit fm diuersa genera. scdo ipsoū pdicatoz diam ostendit ibi. Amplius sbam qdē zc. Primo igit intēdit Ar. q pdicatio proprie sumpta: de qua dictū est: multiplr diuidat fm diuisionē pdicamētoz. quedā.n. est in qua sub̄a predicatur. vt homo est aial. quedā in qua pdicatur q̄titas vt sor. ē q̄titas. alia in qua qualitas predicatur. vt homo est albus. z sic dicat de alijs pdicamētis. sicut sunt ad aliquid agere: pati: vbi: quando zc. ¶ Notādū q ista pticula. q vnū de vno pdicatur. multiplicē recipit expōnē. Quidā enim exponūt qn̄.s. vniuocum de vniuoco pdicatur: qm̄ pdicatio equiuoca cū non sit pdicatio vna sz plures: a cōsideratione nostra posterioristica excludi dz: neq3 pdicatio ppria dici meretur. z talis non est pdicatio in qd vel quale vel q̄tū zc. Hec expositio multū est apparens. pōt tn̄ aliqs instare q Ar. hic diuidebat pdicationē proprie sumptā fm gn̄a pdicamētoz. sed pdicatio equiuoca nō est pprie sumpta. quare tūc frustra addidisset illā pticulam. cū vnū zc. ¶ Scda expō distinguit q propria pdicatio est aliquo decē pdicamētoz q̄ est in qua vnū tātū de vno pdicatur. z talis dicetur pdicatio absolute in qd vel quale vel q̄tū zc. que vo est in qua plura diuersoz pdicamētoz de vno pdicātur. z talis dicet pdicatio absolute. sicut hō est aial q̄tum: aut aial albū. z talis nō dz pdicatio in qd vel quale zc. sed est pdicatio in qd q̄tū: aut in qd quale: z sic de alijs: z hoc est qd Ar. hic itēdit. ¶ Tertia expositio dicit q Ar. per pdicari vnum de vno intelligit illud qd fm se pdicatur z non gr̄a alterius. nā quid.s. accipiat pdicari de vno.i. de eo qd fm se subijcit z non gr̄a alterius cui accidit. sicut in hac propōne: sor. ē albus. in ista vo albū est sor. ly albū non fm se subijcit: sz rōne substātie cui accidit. sor. etiā non fm se pdicatur sed ratione colorati vel alicuius talis: qd accidit sor. hec expō non apparet multū ad mentem Ar. ¶ Alij vo vario modo dicebāt. p ex pte pdicationis: sicut.n. propositio plures non est ppositio simplr. sic non ē pdicatio simpliciter de qua demrator itēdit: z vident ibi velle q ista sit pdicatio plures. hō est aial musicū. non est verū. lz.n. pdicatum non sit oratio simplex: non tn̄ est equiuocū vt pz. Scdo ex parte demonstrationis: q2 demonstrator in vna demōstratione vnū tātū mediū assumit z vnū subiectum z vnā pdicationem tantū. Unū enim medium non

E

Predicatio ppria diuiditur.

Unū de vno pdicari diuersimode exponit.

F

Hec est sen. pauli vene. hic.

A est adequata causa nisi vnius. ꝛ sic oportebit i ꝑmissis ꝛ ꝯne demr̄ationis vnū nisi de vno ꝑdicari. Tertio ex parte diffonis: qꝛ solius incóplexi est diffinitio: ꝛ non cóplexi: vt pz. 7. metaphy. quare non diffinitur homo albus: neqꝫ animal musicū. sed licet ista vera sint non multū tñ videntᷣ ad mentem Ar. in hac enim ꝓpóne. hō est albus: dixisset hic Arist. predicari vnū de vno. que tamen nullo modo pertinens est demonstratori.

T.c.19.

Amplius subam gdē significantia ꝙ vere illud ē. aut ꝙ vere illud aliqd ē de quo ꝑdicantᷣ significāt. Quecūqꝫ ꝟo nō subam significāt sꝫ de alio subo dicuntᷣ qꝺ nec vere est illud est: neqꝫ qꝺ vere illud aliquid est accidētia sunt. vt de hoie est album. nō enim est hō neqꝫ qꝺ vere album est. Neqꝫ qꝺ vere album aliqꝺ est. sꝫ aial forsan. quod vere enim aial est homo est. Quecunqꝫ ꝟo non substātiā significāt opꝫ de quodam subiecto ꝑdicari: ꝛ non eē aliquod albuꝫ qꝺ non cum alterū aliqꝺ sit album est.

Primo ostēdit dr̄iam ꝑdicatorū. 2° ostendit qꝺdam obiectionem ibi. Spēs enim gaudeāt ꝛc̄. Primo igitur Ari. hanc distinctionē intēdit. qꝺdam est ꝑdicatum subale ꝛ qꝺdaꝫ accn̄tale. Predicatū subale aut ꝑdicatur de eo qꝺ est vere illꝺ. i. de subo secū subaliter ꝯuertibili. sicut hic. homo est rationale: vel homo ē aial rōnale. aut de eo qꝺ est aliquid illud. i. de subo: qꝺ est aliqd ꝑdicati. qꝛ sꝫ ꝑs eius subiectiua. sicut hic. homo ē aial. Predicata ꝟo accidentalia sunt q̄ non significāt subam: sed dr̄r de subiecto quodā. qꝺ. n. vere ꝛ eēntialꝛ est ꝑdicatū nō est aliqꝺ eius ꝑdicati. sicut hic. homo est albus. sed dicēdo homo est aial. sꝫm est aliquid ꝑdicati: cū sit eius pars subiectiua: ꝛ est vere aial: cū aial sit vera eēntia ipsius. his tamē non obstātibꝰ si ea que ꝑ accn̄s ꝑdicantᷣ debeant ꝓprie ꝛ simplr̄ ꝑdicari: opꝫ ne de aliquo subiecto ꝑdicentᷣ sꝫm se: non rōne alterius subiecti cui accidit. vt cū dr̄. hō ē albꝰ, ꝑdicatur albū de hoie: non rōne alicuius alterius subiecti cui hō accidat: vt satis pꝫ. Notandū ꝙ ista particula. aut vere illud est aut illud aliqꝺ. a qbusdam alijs alr̄ introducitᷣ. vꝫ. ꝙ ꝑdicatū subale aut vere ꝛ conuertibiliter est totū subiectū. qꝛ. s. ei comparatur tanq̄ꝫ totū: sicut diffinitio. aut ē aliqd illud. s. qꝛ comparatur ei tanq̄ꝫ ps diffinitiua. sicut genus ꝛ dr̄ia: quoꝝ vtrūqꝫ respectu diffiniti se hꝫ. vt pars. lꝫ genus sit tanq̄ꝫ ps mālis. dr̄ia ꝟo tanq̄ꝫ formalis. lꝫ iste due expōnes non ꝯtradicant: puto tñ primā magis ꝯsonare textui Ar. Sed ꝯ̄ dicta dubitatur: qꝛ videtur ꝙ diffinitio non sit predicatū: de quo Aristo. hic intendit. qꝛ Aristo. loquitur de eo qꝺ predicatur tanq̄ꝫ de vno. Sꝫ diffinitio non est quid vnū: cū dicat aggregatū ex gn̄e ꝛ dr̄ia. ꝗ ꝛc̄. 2° vr̄ ꝙ genus non sit pars spēi: sed totū de mente Porphyrij in vl̄ibus suis. Ad ꝑm̄ negetur: ꝙ diffinitio non sit vnū ꝑdicatū. non enim aggregatur ex terminis diuersoꝝ predicamentoꝝ. cum genus ꝛ dr̄ia sint in eodē predicamēto. Et qꝛ genus ꝛ dr̄ia adinuicē innexa se habent ꝑ modū materie ꝛ forme. ꝗre vnū ꝑdicamētū vere constituere possunt. Ad 2m̄ dicitᷣ. ꝙ genus est totum potētiale respectu spēi. ꝛ hoc voluit Porphyrius: ꝛ est pars eius sꝫ ꝙ diffinibilis ē. qꝛ. s. substantiale ingrediēs eius diffōnem tanq̄ꝫ pars.

B — Predicati ē 2ᵉ — Exponitur textus. — C — Obijcitᷣ ꝑmo. — Obijcitᷣ scđo. — Solō ꝑᵗ. — Solō 2ᵗ.

Species enim gaudeant. monstra eniꝫ sunt ꝛ si sint nihil ad rationem sunt. demonstrationes enim de huiusmodi sunt.

Posset aliquis obijcere ꝙ predicatū substātiale non est vere ꝛ eēntialiter idem cum subiecto. qꝛ ꝑdicata substātialia videntur significare quasdā ydeas platonici ponebant: que non sunt idē cuꝫ indiuiduis suis: sed ab eis penitus separate. quare non sunt vere illud de quo ꝑdicantur. Respondet phs ꝙ species. i. ydee platonice gaudere debēt: qꝛ monstra sunt. i. nō vere sunt: sꝫ sunt figmētum quoddaꝫ intellectus. ꝛ lꝫ ydee separate essent. nihil tñ deseruirent sciētie ꝛ demonstrationi: eo ꝙ scia ꝛ demōstratio solū de his vl̄ibus sunt que realiter idē sunt cum indiuiduis suis. Notādū ꝙ quidam verba Ari. sic exponunt. gaudeāt spēs. i. dimittantur quiescere ydee platonis. monstra. n. sunt. i. nullius vtilitatis: ꝛ ad nulluꝫ finem ordinate. siue qꝛ sunt figmenta intellectus. ꝛ sic videbatᷣ Ar. irridere platonicos. Alij honestiori mō exposuerūt: ꝙ. s. ydee platōice gaudere debēt: qꝛ sunt entia valde nobilia: qꝛ sunt vl̄es ꝛ imāles. ꝛ sunt monstra idest ꝑmonstrationes ꝛ exēplaria horum inferioruꝫ. primam expōnem puto magis consonam precedētibus.

D — Expositio pauli veneti — sā. tho. hꝰē ꝛ videtᷣ magis ꝯsona ex ꝑꝰ ethi. ca. ꝯtra. ꝑᵗ.

Amplius si nō est hoc huiusmodi qualitas: ꝛ illud huiusmodi. Neqꝫ qualitas ē qualitas. Impossibile est eque adinuicem predicari sic. Sed verum quidem contingit dicere: eque autem ꝑdicari non contingit vere.

Hec est tertia pars ꝑncipalis huius capituli in qua vniuersaliter probat non esse processum in infinitū in ꝑdicatis. ꝛ diuiditur in duas ptes sꝫm duos modos qbus propositum ostēdit. scđa ibi. Unus qdē modus demonstrationis. Itē primo ostēditur in predicatis non eē ꝓcessum in infinitū per modū circularis. 2° ꝙ non sꝫm rectitudineꝫ. ibi. Sed quoniā neqꝫ in sursum. Prima diuiditur in duas. qꝛ primo ꝑmittit quoddā. secūdo probat intentum ibi. Aut enim sicut substātia. Primo igitur intendit conclusionem istam. Quando aliquid de altero proprie predicatur. subiectum ecōuerso nō proprie ꝑdicatur de predicato. ꝛ sic non equaliter inuicē predicātur. Probatur. qꝛ predicatum est tanq̄ꝫ qualitas subiecti. sed quando aliquid est qualitas alterius. alterū econuerso nō potest eē qualitas illius. Eo ꝙ qualitatis non est qualitas. ꝯtingit tamē vnum vere de altero predicari. ꝛ econuerso: sed non eq̄liter. sicut enim hec est vera. homo est aial. sic etiam hec est vera. animal est homo. ꝛ sicut verū ē hominem eē album. sic verū est album esse homineꝫ. iste tñ non sunt eque predicationes: cum alique illaruꝫ sint proprie ꝛ directe. ꝛ alie improprie ꝛ indirecte. Notādum ꝙ qualitas dupliciter accipitur. vno modo stricte prout constituit ꝑdicamentum per se. ꝛ hoc modo accipit Ar. in ꝑdicamētis: cum dicit: ꝙ qualitas est sꝫm quam quales dicitur. Alio modo large. ꝛ sic q̄libet forma: siue substantialis siue accidētalis. ꝛ quelibet differētia qualitas dici potest iuxta modum loquēdi Arist. in quinto metaphysice: vbi formam substātialem qualitatem appellat. ꝛ in predicamētis dicit substantiā secundam significare quale quid. ꝛ Porphyrius dicit differentiam ꝑdicari in quale. Ad propositū igitur per qualitatē Aristo. intelligit qualitatem secūdo modo sumptam. ꝑdicamentum enim proprie sumptuꝫ est tanq̄ꝫ forma respectu subiecti. ꝛ per consequens est tanq̄ꝫ qualitas siue dispositio respectu ipsius. sed non econtra. qꝛ non contingit econtra subiectum proprie predicari de predicato.

E — C — Conclo — F — Qualitas capitur 2ᵗ. — T.c.15

Aut enim sicut substātia predicatur vt ē. aut cum genus sit. aut differētia potest predicari. hec aūt omnia ostensa sunt quoniā non erunt infinita neqꝫ in sursuꝫ. neqꝫ deorsuꝫ. vt homo

A est bipes ⁊ homo est animal. hoc autem alterꝫ ẽ neqꝫ animal de hoie. hoc autez de callia. hoc autem de alio in eo qd̕ qd est. Subam quidez oẽ est diffinire huiusmodi. Infinita enim nõ ẽ trãsire intelligentẽ. quare neqꝫ in sursum neqꝫ in deorsuz ĩfinita sunt. Illã.n. nõ ẽ diffinire de qua infinita p̄dicãtur. Si quidẽ igitur gñia ad inuicẽ equaliter p̄dicãtur. erit.n. ipsum qd̕ vere ipsum aliqd est. Et neqꝫ tñ de qualitate aut alioꝝ nullũ nisi scd̃m accidens predicatur. oĩa hec enim accidũt ⁊ de subiectis p̄dicari.

C Probat intẽtũ. ⁊ p̄ p̄mittit hãc distõnẽ. oẽ qd̕ p̄dicatur aut subalr̃ p̄dicatur: aut alio mõ. Et si subalr̃ aut p̄dicabitur sicut genus: aut sic dĩa: dñsuz aũt ẽ supius qꝫ i his nõ est pcessus in ĩfinitũ: in sursuz neqꝫ i deorsuz. Ubi gr̃a. si qs diceret bipes de hoie p̄dicari tanq̃ genꝰ. ⁊ aial de bipede. ⁊ aliud de aiali. ⁊ sic i ĩfinitũ: i sursuz ãt si diceret hoiem de callia tanq̃ de iferiori p̄dicari. ⁊ callid de alio. ⁊ sic i ĩfinitũ deorsuz oem ẽ: qꝫ ois hꝫ sba media hñs aliqd̕ supius ẽ diffinibilis. B aũt nõ ɔtigere si supra sunt infinita hñtia subalia p̄dicata. Quia debite diffiniẽtẽ oꝫ intelligẽdo ptrãsire oia subalia p̄dicata q̃ sũt supra diffinitũ. sꝫ ĩfinita nõ põt ptrãsire. q̃re relinq̃r qꝫ i sursuz nõ bꝫ p̄dicata ĩfinita. Et sili rõne pbaret qꝫ i deorsuz nõ bꝫ ĩfinita relinqtur q̃ si aliq̃ erat in hꝫ p̄dicatis pcessus i ĩfinitũ erit s̄m circularẽ. Sꝫ arguit qꝫ nõ. qꝛ sicut pus suppõebat: gñia ⁊ spẽs nõ de se ĩuicẽ eq̃liter p̄dicant. qꝛ si sic tũc illud qd̕ ẽ sicut totũ respectu subiei eẽt ipm aliqd. i. pˢ reˢ ipsiꝰ. naꝫ si aial eq̃ p̄dicaret de hoie ⁊ equo sicut hõ ẽ ps respectu aialis sic ẽt eẽt eꝫ. ⁊ hoc intẽdit p istã lr̃am. Erit .n. ipm qꝫ qd est vere ipm aliqd. neqꝫ põt dici qꝫ s̄m circulum sit pcessus in infinitũ in p̄dicatis accñtalibus. qꝛ q̃litas ⁊ alia accñtia de suba p̄dicãtur: oia nãqꝫ accñtia accidũt subtis suis tanq̃ qualitates ⁊ dispõ ipsoꝝ. ⁊ de ipsis proprie p̄dicãtur. non aũt eꝫ nisi p accñs ⁊ iproprie: hãc aũt impropriã p̄dicationẽ iã exclusimus a cõsideratione nr̃a. C Nõnˣ qꝫ nõ q̃libet suba ẽ diffinibilis. suba.n. gñalissima diffiniri non põt respectu gñis defectu supioris p qd̕ possit diffõ eiꝰ assignari. Dr̃ia ẽt subalis quecũqꝫ sit illa non recipit diffõnẽ. qꝛ cuꝫ diffõ ex gñe ⁊ dr̃ia cõponat dr̃ia dr̃iam hꝫet. ⁊ sic eẽt pcessus in infinitũ. Sola igitur ista sba diffinit q̃ est spẽs vel spãlissima vel subalterna. ⁊ talis ẽ directe media iter gñalissimũ ⁊ idiuidua. ⁊ h ẽ qd̕ voluit phs cũ dicit oẽm hꝫ sbam diffiniri. C Dubitat. qꝛ vꝫ velle phs qꝫ ibi sit p̄dicatio ppria. hõ est aial. ⁊ hic impropria. aial ẽ hõ. sꝫ arguit ɔ. aial est sicut mã hois. ⁊ per ɔñs hõ sicut forma. sꝫ cũ p̄dicatũ dicat formã ⁊ sbm mãꝫ directior ẽ p̄dicatio q̃ ecõuerso ⁊c̃. C Scd̃o dubitat. qꝛ vꝫ velle phs qꝫ in p̄dicatione ppria sbm sit pars p̄dicati. sꝫ isto cõcesso seqtur qꝫ ista non est p̄dicatio ppria. hõ est animal rõnale: siue homo est rõnale: nã in qualibet istaꝝ homo dicit totuꝫ. animal aũt ⁊ rationale dicunt partes.

Sola spẽs diffinitur.

Dubᵐ pᵐ

Dubᵐ 2ᵐ.

solo. pˡ. C Ad pᵐ respondetur alioꝝ responsionibus qꝫ aial absolute homini comparatũ se hꝫ per modũ forme; si tamen dr̃ie in diffinitione comparat est tanq̃ mã respectu ipsiꝰ eo qꝫ per istã dr̃iam ɔhitur. ⁊ si dicitur qꝫ genus est pars spẽi. quare h erit ppria. animal est hõ: qcquid alij dicant respõdet negãdo añcedẽs: sꝫ ɔceditur qꝫ genus est pars diffõnis speciei.

Solo 2ˡ C Ad 2ᵐ dicit: p̄ qꝫ partes illius diffõnis non dicũt partẽ respectu subiecti: sed vtrũqꝫ dicit totũ in potẽtia. dr̃ia ɔo totum in actu: sꝫ tam aial q̃ rõnale sunt partes illius diffinitionis. lꝫ ẽt concederetur tam aial q̃ rationale eẽ partes. tota tñ diffinitio ex istis aggregata non dicit partẽ sꝫ totũ magis explicite q̃ subiectuꝫ ⁊ per hoc vtraqꝫ istarũ predicationum erit propria ⁊ directa. C Scd̃o dicitur qꝫ Ari. ibi solũ cõparabat p̄dicationes duas adinuicẽ. videlꝫ generis de specie ⁊ spẽi de illo genere: quarũ primã appellat ppriã qm̃ predicatũ est qualitas siue forma subiecti. ⁊ subiectũ ẽ pars eẽntialis eiꝰ: non aũt eꝫ. vt pꝫ. quare argumẽtũ non procedit.

D

alia r̃ᵒ.

C Sed qm̃ neqꝫ in sursuz ĩfinita erũt. vnũqd̕qꝫ enĩ qd̕ p̄dicat significat aut quale aliqd aut ad aliqd: aut q̃tum aliquid. aut huiusmodi. aut q̃ sunt in suba. hec aũt finita sunt ⁊ gña p̄dicamentoꝝ finita. aut.n. quale. aut q̃tum. aut ad aliquid. aut facere. aut pati. aut vbi. aut qñ p̄dicabit. Cõcessum aũt est vnũ de vno p̄dicari. Ipsa aũt de ipsis q̃cunqꝫ nõ aliqd sunt nõ p̄dicari dicimus. accñia.n. sunt oia. sꝫ hec qdẽ scd̃m seipsa. alia ɔo scd̃m alterũ modũ. Hec aũt oia de subiecto quodã predicari dicimus. s̄m accidens aũt nõ eẽ subiectũ aliqd̕. Nihil eniꝫ taliũ ponimus eẽ qꝫ non alterũ aliqd̕ esse dicitur qd̕ dr̃. sꝫ ipm in alijs ⁊ alia quidẽ de altero.

E

C Primo resumit quedã pus declarata. 2ᵒ exeqtur pbãdo intentũ ibi. Neqꝫ i sursuz. Primo igit dic̃ qꝫ p̄dicata i ĩfinitũ nõ pcedũt in sursuz nec i deorsuz. nũc declat ⁊ p̄mittit p̄ qꝫ oẽ qd̕ p̄dicat aut significat qd: aut q̃le: aut q̃tuꝫ: aut aliqd hꝫ: aut ẽt significat ea q̃ sunt de suba rei qm̃ diffõnẽ rei ingrediunt eẽntialẽ: hec suppõ patuit pus. C 2ᵒ p̄mittit sic pus dictuꝫ ẽ qꝫ sbalia p̄dicata sunt finita ⁊ gña p̄ntoꝝ sunt finita. sunt.n. solũ decẽ vꝫ putã: aut qd. aut q̃le: aut q̃tũ: aut agẽs: aut passum: aut qñ ⁊c̃. C 3ᵒ p̄mittit qꝫ in simplici p̄dicatione de q̃ hic intelligimꝰ solũ p̄dicat vnũ de vno. h patuit supiꝰ. C 4ᵒ p̄mittit qꝫ de accñte qd̕ nõ est aliqd subsistẽs nihil pprie p̄dicat. albuꝫ.n. vel aliquid tale non põt eẽ pprie sbm. oia.n. hꝫ sunt accñtia cõcreta q̃ s̄m se subijci non pñt. q̃dã igit sunt p̄dicata sꝫ se vt qñ vel sbale p̄dicatũ vel accñtale de sba p̄dicat. q̃daꝫ ɔo sunt p̄dicata s̄m alterũ modũ. s. s̄m accñs. s. qñ de accidẽte vel sba vel accñs p̄dicat. vt albũ est suba. vel albũ est musicũ. h.n. oia accñtia de rõne sui hñt vt de quodaꝫ dicant subo. sꝫ accñs non põt eẽ pprie sbm neqꝫ aliqd de ipso põt pprie p̄dicari. Ur.n. pprie sbm qd̕ s̄m se subijcitur. ⁊ non dꝫ tale rõne alterius qd̕ dꝫ tale. sꝫ hoc nõ competit accñti. qꝛ accñs inest alijs ⁊ alia q̃ p̄dicantur de eo insunt ei cui inest illud accñs. vt albũ ẽ musicũ. illud p̄dicatũ musicũ inest illi sube cui inest albedo. C Notãdum qꝫ Ar. p̄dictas suppõnes p̄mittit propter cauillationes quas adducere aliqs posset. Posset.n. qs dicere qꝫ licet i vnoquoqꝫ p̄dicato p̄dicata sbalia sint finita p̄dicata: tñ accñtalia sunt infinita vt sicut dũ vnuꝫ de altero p̄dicat: vt quãtitas de suba. ⁊ q̃litas de q̃titate. ⁊ sic vlterius pcedũt p̄dicata in infinitũ. C Ad hoc igit remouẽdũ supponit phs qꝫ p̄dicata sunt finita. s. decẽ. ⁊ hoc erat per se notũ ⁊ famosum apud oẽs. C Scd̃o posset qs dicere qꝫ lꝫ p̄dicatione simplici non sit pcedere in infinitũ. p̄dicatione tñ composita ɔtingit procedere in infinitũ. Cũ eniꝫ accepte fuerint oẽs simplices p̄dicationes qbus accñs aliqd̕ de suba p̄dicatur ɔtingit istas varijs cõbinationibus adinuicẽ cõbinari nũc duo: nũc tria: nũc plura adinuicem ɔiũgẽdo. vt homo est aial quantuꝫ: vel aial est album. vel hõ est albũ musicũ. vel est aial quãtũ musicũ. ⁊ sic vlteriꝰ vꝫ posse pcedere i ĩfinitũ. C Ad hãc igit remouendã cauillationẽ dꝫ. phs qꝫ ipse hic loqtur de simplici

F

Obio pᵃ

r̃ᵒ

Obio 2ᵃ

r̃ᵒ.

A predicatione q̄ ꝓprie est p̄dicatio. cōposita vero non sic. ꝓ
Dblo 3° pria est p̄dicatio. ¶ Tertio cauillare pōt aliqs q̄ saltē i
p̄dicationibus per accidēs est processus in infinitū. vt si
p̄ accn̄s de sub̄a predicetur. deinde sub̄a de accidente: ⁊
sic de infinitis. vt hō est albū. albū est hō. vel albū ē musi
R°. cum. ¶ Propterea dicit ph̄s q̄ tales p̄dicationes qbus
sub̄a vel accn̄s de accn̄te p̄dicatur non sunt hic appellā
de p̄dicationes. ⁊ istas excludit in ꝯsideratione p̄nti.

¶ Neq; in sursum ergo vnū de vno neq; in de/
orsum esse dicitur. de quibus quidē enim dicū
tur accidētia quecūq; in substantia vniuscuius
q; sunt. hec autē non sunt infinita. s; in sursu;
ipsa quoq; ⁊ accidētia vtraq; non infinita sunt.
Necesse est ergo esse aliquid de quo primū p̄/
dicetur ⁊ de hoc aliud: ⁊ hoc stare ⁊ eē aliquid
quod non amplius neq; de alio priori neq; de
alio aliquid prius predicetur.

Conclo ¶ Nunc ꝓbat intētū ⁊ intēdit ꝯnē istā. In p̄dicatione pro
pria ⁊ simplici in qua vnū de vno p̄dicat̄ non est ꝓcessus
B in infinitū in sursu; nec i deorsum. Et q̄ supius probauit
de p̄dicatione sub̄ali. iō nunc solū probat de accidentali
dicēs q̄ ea de quibus accidētia p̄dicātur sunt que perti/
nent ad sub̄am rei. vt p3 ex vltimo suppo°. Sub̄alia aūt
subiecta siue p̄dicata sunt infinita: sicut dicit scḋa suppo
sitio: sed tā s̄balia subiecta q̄ accidētalia p̄dicata neutra
sunt infinita in sursum. Et hoc ꝓbari pōt ex p̄missis vīi/
bus. de substātialibus probatū est. de accn̄talibus autē
probat̄. Genera accn̄tium sunt finita. vt p3 ex p̄missis: ⁊
in quolibet gn̄e accidētis solū sunt finita p̄dicata: eo q̄ i
quolibet tali gn̄a ⁊ spēs reperiunt̄ que q̄ditatiue de īfe/
rioribus predicant̄. quare sicut in sub̄alibus p̄dicat̄ nō
procedetur in infinitū: vt id est probatū: sic neq; in accn̄ti
bus erit processus in infinitū. quare vniuersalr̄ ꝯcludit:
q̄ necesse est ad aliud deuenire: de quo aliud p̄ predicet̄:
⁊ sic erit status in deorsum. Cū aūt de isto predicato ali/
quid p̄dicabit̄: silr̄ erit ad aliō deuenire: de q̄ nō ampli⁹ ali
quid p̄dicabitur: neq; illud p̄dicabitur de aliquo p̄ori: ⁊
Doc t3 sic erit status in sursum. ¶ Nōn° q̄ a qbusdā hec ꝑe itro
pau. ve. ducitur vt Arist. solū probet q̄ in p̄dicatis per se secūdi
viō illū modi. s. in ꝓprijs passionibus nō sit ꝓcedere in īfinitū. di
diffusi⁹ cit enī in textu. de qbus qdē enī dicunt̄ accn̄tia q̄cunq; in
hic. substātia vniuscuiusq;. i. in diffōne in qua subiecta illoꝝ
C accidētiū ponūtur: ⁊ hoc ꝑtinet ad proprias passiones.
Hanc expositionē videt̄ sequi Alber. ⁊ sic exponēdo erit
ista particula: neq; in sursu;. ergo ⁊c̄. tanq; ꝯ̄ partis pre/
cedētis. in ista vero sequēti particula. de qbus qde3. n. ⁊c̄.
incipiet expositio predicta: ⁊ f̄m istam expōnem rō Ari.
super hoc fundat̄ q̄ in diffōnibus non est procedere in i/
finitū. sub̄a vero in diffōne accidētiū ponitur: sed de h̄ am
Infra q̄ plius dicetur in sequentibus ⁊ in questione.
stiōe. 38. ¶ Unus quidē demonstrationis modus dicit̄
hic. Adhuc autē alius. si enim de quibus que
dā priora p̄dicantur horū quidem demonstra
tio erit: neq; p̄nt hr̄e ad ipa q̄; scire. Neq; hoc
esse sine demonstratione. si autē hoc per hoc
notū est. Hoc aūt nescimus neq; melius habe
mus ad ipsa q̄; scire: neq; p̄ hoc notū sciem⁹.
¶ Ponit aliū modū logicū probādi intētū. ⁊ p̄ p̄mittit q̄/
dam. 2° exeqtur ibi: Si ḡ est aliqd scire. Primo igit̄ dicit
q̄ p̄dictus modus ē vnus modus logice ꝓbādi intētu;.
Alius aūt modus est ille q̄ nūc di: pro quo supponuntur
quedā. ¶ Primo q̄ si q̄dā ꝓpōnes fuerit h̄ntes aliquas P
priores q̄ per ista p̄ora demr̄at̄. ¶ 2° supponit̄ q̄ ꝓpōne;
demr̄abilē nō melius cognoscere possum⁹ q̄; p̄ habitū: q̄
di scire. p3. q̄ sola p̄n° indemr̄abilia sunt q̄ meli⁹ cogno/
scūtur q̄; sciēdo. vt patuit in p̄cedētib⁹. ¶ 3° supponit̄ q̄
h⁊ demr̄abilia non possum⁹ scire nisi p̄ demonstrationē
p3. q̄ demonstratio ē syll's faciens scire. ¶ Ultimo sup/
ponitur q̄ si aliqō per alteꝝ nobis fiat notū: ⁊ illud alte
rum neq; scimus neq; cognoscim⁹ habitu meliori q̄; sciē
tia: non et scimus illud posterius. ⁊ notāter dicit ph̄s ne
q; melius ⁊c̄. q̄ p̄misse demr̄abiles: p̄ quas sciunt̄ ꝯ̄nes:
cognoscunt̄ habitu q̄ ē scia q̄n demr̄antur. Premisse vero
indemōstrabiles. q̄ p̄n° demr̄ationis nūcupant̄: nō ꝓprie
sciūtur: s; meliori habitu cognoscunt̄ q̄; scia: q̄ ab Arist.
in precedentibus appellatur intellectus.

¶ Si igit̄ ē aliqd scire p̄ demōstrationē simplr̄
⁊ non ex aliqbus neq; ex suppōne. manifestu;
est stare p̄dicamēta media. si enim nō steterint
s; ē semp̄ acceptio i supius oīu; erit demr̄atio
quare si īfinita nō ꝯtingit ꝑcurrere. quoꝝ non
ē demōstratio nō scienius p̄ demōstrationē. si
igit̄ neq; melius habemus ad ipsa q̄; scire: nō
erit aliqd scire p̄ demōstrationē; simplr̄ sed ex
suppōne. Logice quidē igitur ex his vtiq; ali/ T. c. 36.
quis credet de eo quod dictum est.

¶ His suppositis ꝯ̄r ph̄s ꝓbat hanc ꝯ̄nem. In p̄dicatio Cōclo.
nibus esse ꝓcessum in infi° demr̄ationis est status. Pro/
batur sic. ꝯtingit aliqd scire per demr̄ationē simplr̄: ⁊ nō
solū ex ꝯcessis vel ex suppōne. ergo ꝯ̄ vera. Probat̄ ꝯ̄ña.
q̄ dato opposito q̄ p̄dicationes nō steterint i demr̄atio/
nibus: s; q̄ semp̄ in supius accipe ꝯtingat. tūc iam oīum
erit demr̄atio. Cū igitur ea infinita quoꝝ ē demr̄atio nō
ꝯtingat pertransire: seqtur q̄ ista infinita nō sciemus per
demonstrationē neq; ipsa cognoscere possumus meliori
habitu q̄; scia: q̄ vnū illoꝝ est imediatū ⁊ indemonstra/
bile: s; qōlibet est demonstrabile. Quare ꝯcludit̄ q̄ ꝯ̄nē
que seqtur ex illis infinitis non ꝯtingit simplr̄ scire: s; so
lum ex suppōne. qō est oppositū ꝯ̄tionis tñ notū est ex
determinatis in p̄n° huius libri. ¶ Deinde ph̄s epilogat
dicēs q̄ ex his que logice dicta sunt pōt aliqs credere q̄
in p̄dicationibus nō sit ꝓcessus in infinitū. ¶ Nōndu; vt Demr̄
ph̄s tāgit in textu: q̄ triplr̄ demonstrare ꝯtigit. Uno mō fit 3°.
ex ꝯcessis ab aduersario sicut q̄n impoā concesso ex illo
aliqō impoīe infert̄. Scḋo modo ex p̄mis demōstratio/
nibus inferēdo ꝯ̄nē: que tñ non demr̄atur: s; supponit̄ eē
vt plerūq; fit in sciētijs subalternatis: in ꝑspectiua tñ ali/
quādo ex propōnibus geo° demonstratur ꝯ̄ que ibi sup/
ponitur: s; nō demonstrat̄: ⁊ tunc ꝑspectiue nō dicet̄ scire
simplr̄: sed f̄m quid: vel ex suppōne. de his duobus mo/
dis loqtur Ari. cū dicit. ⁊ non ex aliqbus neq; ex suppo
sitione ⁊c̄. Tertio mō ꝯtingit simplr̄ demonstrare q̄ q̄li/
ter fiat dictū est in p̄cedentibus: Inter ceteras aūt condi
tiones ad demonstrationē simplr̄ requiritur vt fiat reso/
lutio ex his vsq; ad imediata. si igit̄ p̄misse ipsius sint de
monstrabiles: oportebit eas demōstrari: si vero nō: debent
eē note p̄ se habitu: qui non ꝓprie dicitur sciētia sed intel
lectus. Si igit̄ in p̄missis demonstrationis procedat̄ i in
finitum: nulle erūt p̄misse prime ⁊ per se note: sed omnes
demr̄abiles. ⁊ p̄ ꝯ̄ñs de nulla ipsarū habebit̄ intellect⁹.
habitus vero qui est scia p̄supponit habitum qui est intel
lectus tanq; p̄orem. quare de ipsis non habebit̄ scientia
simpliciter. ⁊ presertim q̄ non contingit infinita pertrā/
sire. vt dicit in textu. ⁊ sic non ꝯtingit simplr̄ demōstrare.

A ¶ Notādum 2° cū Aristo. dicit logice qdem. vno modo & cōiter exponit logice .i. p rationes cōes. alio modo quia p rationes sūptas a nā diffinitionis & demrātionis. q̄ sūt de ɔsideratione logice. & sic exponit albertus.

¶ Caplm q̄rtū pbat analetice i demrātiuis nō eē pcessū in ifinitū neq; i sursū neq; i deorsum.

Analetice aūt manifestū ē p hec velocius q̄ neq; in sursū neq; i deorsū infinita pdicātia ɔtingit eē in demrātiuis sciētijs de qbus intētio est. Demōstratio enim est ex his quecūq; qdem ipsa insunt scdm seipsa reb⁹. Scdm seipsa vero dupliciter. quecūq;. n. illis insunt in eo q̄ qd est: & in qbus ipsa in eo q̄ quid est insunt ipsis: vt in numero impar qd est qdē numero. Est aūt ipse numerus in rōne ipsius. Et iter; multitudo aut diuisibile in rōne numeri est.

¶ Hoc est 4^m caplm hui⁹ tractat⁹ in quo per rōnes pprias demrātioni Ari. pbat intētū pncipale. & diuidit in duas ptes pncipales: q2 p facit qd dcm est. 2° infert correlarie ibi. Mōstratio aūt his. Primo pmittit intētū suū & q̄dā
B suppōnē. 2° exeqtur ibi. Hor; aūt neutra. Primo igit dicit q̄ p rōnes analeticas breui⁹ & citi⁹ q̄ p rōnes logicas manifestari pt: q̄ in sciētijs demrātiuis. de qb⁹ maxime hic intēdim⁹. non ɔtingat pdicationes ire in infinitū sm sursum aut deorsum. Deide supponit q̄ demrātio est ex his q̄ sunt p se. & h dupl'r ɔtingit: q2 vel ea q̄ sunt p se sūt in p mō qn pdicata sunt in diffōne subtor;. vel in 2° mō pseitatis qn passio de subto pdicat: qd ponit in diffōne ipsius. Exē^m pmi vt nūs est impar nūs est multitudo: aut nūs est diuisibile: qm multitudo siue diuisibile ponitur i diffōne nūi. ¶ Nōn^m q̄ scia q̄ pncipiata in sua pncipia resoluit aut resoluere docet: merito analetica .i. resolutiua siue iudicatiua dici pōt: hec aūt solā pdicationē p se directe ɔsiderat. & in h dīt a dialectica q̄ pdicationē p se & pdicationē p accn̄s ɔsiderat. Ergo Ari. supius logice processit p rōnes cōes cū pbauerit gnal'r in oi gn̄e pdicationis nō eē pcessuz in ifinitū. Hic aūt analetice pcedit: q2 intētuz pbat solū in pdicationib⁹ p se. & hec est via breuior & expeditior vt inqt Ari. in lra: q2 hec via soluz ɔsiderat
C demrātione ppria q̄ sūt valde pauca. alia vo via cōis ɔsiderat q̄ sunt valde multa. ¶ Posset h moueri dubitatio q̄re ari. nullā mētionē fecit h de 3° vel 4^m pseitatis: sed de h sufficiēter dcm est in pcedētib⁹. dixit tn̄ alb. q̄ q̄rt⁹ modus respicit habitudinē pdicati ad sbm. nec ēp̄: sʒ respicit habitudinem ɔñtie. Alij dicūt q̄ per istas alios duos intelligere dedit. Alij dicūt q̄ de 4° non loqtur: q2 nō assumit ppōnem simpl'r nccīam: sed sm quid.

¶ Horū aūt neutra ɔtingit ifinita eē nec vt impfectū numeri. Iter;. n. si ipari aliud isit cui inhereat exñti. Hoc aūt si est pmuz numerus inerit his q̄ isunt ipsi. si igit nō ɔtingit hmōi infinita eē in numero neq; insursum erūt ifinita.

¶ Probat pncipale intētū. & p ostdit vtroq; mō pdicationis p se eē statū tā in sursū q̄z in deorsū. Scdo ɔcludit q̄ in medijs nō possit eē pcessus in ifinitū ibi. Si aūt sic est. Tertio q̄ in demrātionib⁹ nō possit pcedere i ifinitū ibi. Si vo h &c. Prima diuidit in duas. q2 p pbat intētū quo ad modū 2^m dicēdi p se. Scdo quo ad p^m ibi. Nec tn̄ quecūq; &c. ¶ Circa p^m duas ponit rōnes: pus tn̄ dicit q̄ in neutro mō dicēdi p se: q2 nec in scdo nec in primo modo
D dicēdi p se est pcessus in ifinitū. & p pbat de 2°. Si. n. dicatur q̄ ipar insit nūo tāq; passio ipsi⁹ & aliud insit ipari. sequit: q̄ ipar ponit in diffōne illius passionis sibi inherētis. cū igit nūs ponat in diffōne iparis ponet ēt in diffōne illius alteri⁹ passionis: q̄re cū in diffinietib⁹ nō sit abire in ifinitū: vt pus pbatū fuit: sequtur q̄ in 2° pseitatis nō procedēt pdicationes in ifinitum.

¶ At vo necesse est oia inesse. Primo vt numero & in illis necesse est esse numerū q̄re conuertibilia erūt: sed non excedentia.

¶ Scdo arguit sic. oēs h⁹ passiones isunt nūo tāq; sbo p & nūs ponet in diffōne oium illor;. q̄re cū sint ppe passiones: oēs cū sbo & secū inuicē ɔuertent: & sic nullū istor; alterū excederet neq; excederet. & p ɔñs lʒ in eis eēt pcedere in ifinitū: nō tn̄ h eēt pcessus in sursū neq; in deorsum: de quo intēdim⁹ in pñti. ¶ Nōn^m vt coll' ab Ari. h q̄ cū aliqd ponit in diffōne alteri⁹ illud qd ponit i diffōne diffinientis ponit ēt in diffōne diffiniti: formal'r aut vtual'r
a cū. n. diffiniat hō p aial rōnale: lʒ in iste diffōne nō formaliter ponat corp⁹ aiatum aut sbs. eādem tn̄ diffōnē vtualiter ingredit. vt pʒ: & sic in pposito ɔtingit de nūo ipari & ceteris h⁹. ¶ Dubitat. q2 videt q̄ ɔña Ari. nō valeat. Dubiū.
oēs iste passiones insunt nūo. & nūs ponit in diffōne ipsarum. ergo adinuicem conuertūtur: q2 oēs hois passiones insunt aiali & aial tāq; prius ponit in diffinitione istaruz non tn̄ conuertūtur cum aiali. q̄re &c. ¶ Rñdetur vt cōmuniter ab aliqbus intelligit q̄ vbi iste passiones insunt Solo.
simpl'r nūo siue vl'r. tūc enim nūs non excedit aliquam istar; passionū. & cum ponat in diffōne istar; non excedit ab aliquo ipsar;. q̄re sequtur intentum.

¶ Nec tn̄ quecūq; sunt in eo q̄ qd est nec ifinita sunt. neq;. n. eēt diffiniri. Quare si pñtia qdez oia per se dicūt: hec nō infinita sunt. Stabunt vtiq; in sursum q̄re & in deorsum.

¶ Intēdit istam ɔnem. In p modo dicēdi p se non est pcessus in infinitū in sursum. Probo. q2 dato opposito cū pdicatum in p modo ponat in diffōne subiecti: tunc infinita eēnt successiue diffinitiua. sʒ hoc est impole vt pus dicebat: q2 tūc non ɔtingeret aliqd diffinire: & ex his ɔñr cōcludit si oia pdicata demrātioni ptinentia sint p se. & ista non sint infinita. tūc in pdicatis demrātionis non pcedit in infinitū in sursum: & o sili neq; deorsum. Cōclo.

¶ Si aūt sic est & que sunt in medio duorū terminor; semper sunt finita.

¶ Ex pdictis ɔcludit q̄ i medijs nō est pcessus i infi^m. pʒ. q2 ex pte terminor; ascēdendo vel descendēdo non est pcessus in infinitū. g ex pte medior; non est pcessus in infi^m tenet ɔñtia ex his que dicta sunt a pn̄ hui⁹ tractatus: & assumptum pʒ ex pcedenti parte.

¶ Si vo hoc est manifestū est iā & demrātionū q̄ necesse est pncipia aliq̄ esse & non oium esse demrātionem: qd vo diximus quosdā dicere iuxta pncipiū. si enim sunt pncipia nō omnia sunt demrābilia. neq; in infinitū pñt ire. Esse enim hor; qdlibet nihil aliud est q̄z eē nullum spaciū sine medio & indiuisibile. sed oia diuisibilia. Intus. n. imittēdo terminū sʒ non assumēdo demrātur qd demrātur. q̄re si hoc infinitum ɔtingit ire. Contingeret vtiq; duoruz terminoruz infinita esse inter eos media. sed hoc

A impoſſe eſt ſi p̄dicamēta ſteterit in ſupius ꝛ īfe rius.qđ autē ſtent demſratum eſt logyce p̄us: analetice vero nunc.

Concl'o ℭ Ex p̄dictis ↄcludiſ ꝙ in medijs neċe eſt aliq̄ eſſe p̄nci pia demſrationū:ꝛ per ↄñs nō oium eſt demſratio:ſicut q dam dixerūt vt a p̄n' huius libri deſn̄ fuit. Si igiſ ſūt aliq̄ demſrationum p̄ncipia non oia erūt demſrabilia:ſilr h nihil ē aliud q̄ȝ dicere ꝙ nullū eſt ſpaciū ſine medio:ꝛ nullum eſt indiuiſibile.i.ꝙ quelibet propoſitio eſt mediata. Nam cū aliqua ꝓpoſitio per mediū intus ſumptū demōſtraſ ꝛ non poſt aſſumendo.q̄re tūc ſequereſ ſi demſratio nes ꝓcederēt in infinitū:infinita eſſe media iter duos ter minos.hoc aūt eſt impoſſe ſi in p̄dicatis eſt ſtatus in ſurſum ꝛ deorſum.ſicut p̄ius logice:nunc autem analetice eſt oſtenſum.

ℭ Mōſtratis aūt his manifeſtuȝ eſt ꝙ ſi aliqđ

T.c.37 idē duob' inſit vt.a.ꝛ in.c.ꝛ in.d.nō p̄dicante altero de altero aut nullo mō: aut nō de oī qđ nō ſp ħȝ cōe aliqd ierit.vt yſocheli ꝛ ſcalenoni duob' rectis eq̄les hēre ſcđm cōe aliqđ ineſt. Scđm.n.ꝙ eſt figura q̄dam ꝛ nō ſcđm alterū

B ineſt.hoc aūt nō ſemp ſic ſe hȝ.

ℭ Infert ex p̄dictis correlaria quedam:ꝛ p̄ infert ꝙ neceſſe eſt aliq̄s eſſe ꝓpōnes p̄mas.2° oſdit q̄lr ipſis in demſratione vti debemus ibi. Cum aūt indigeat. Prima diuidiſ in duas:q2 p̄ infert ꝙ eſt ad aliqđ p̄mum deuenire q̄ ad ſubiectum. Scđo ꝙ ad ꝓpoſitiones imediatas ſm cām eſt deuenire ibi. Manifeſtuȝ aūt eſt. Primo ꝓponit.ſcđo probat intētuȝ ſuū ibi. Sit aūt.b. Tertio remouet qđdā obiectum ibi. In eodem tñ genere. Dicit ergo p̄mo ꝙ his demſratis que ſupius dicta ſunt manifeſtuȝ eſt ꝙ ſi aliqđ predicatum de duobus p̄dicetur:ſicut:a.de.c.ꝛ.d.quoꝝ vnum de nullo altero diciſ aut ſaltem non de omni ꝛ illud predicatum inſit ambobus per aliqđ cōmune nō oȝ vt iterum inſit eis per aliud cōmune deīn per aliud.ꝛ ſic in īfinitum ꝓcedēdo.vbi gr̄a.cum hēre tres angulos eq̄les duobus rectis īſit yſocheli ꝛ ſcalenoni que ſunt due ſpēs triāguli:ꝛ inſit eis per aliqđ cōmune: qđ eſt figura quedā.i.ſpēs figure.videlȝ triāgulus non oȝ vt triāgulo inſit per aliqđ cōe:ꝛ alteri ꝑ alterū in īfinitū. ℭ Notādum hic vt hēt̄ in textu.aliquādo p̄dicatuȝ de duob' predicaſ:quoꝝ alteꝝ ab altero penitus remoueſ.vt cuȝ aīal de hoīe ꝛ equo p̄dicatur.ſicut ēt pȝ in exēplo Ariſt. aliquādo v̄o alterum ab altero non penitus remouetur

C ſed particulr̄ tñ q̄liter aīal de hoīe ꝛ de maſculo p̄dicatur.de vtriſq3 aūt p̄dictis verificaſ deīn Ariſto.

ℭ Sit aūt.b.ſcđm qđ eſt.a.in.c.ꝛ in.d. Manifeſtū igiſ eſt ꝙ.b.in.c.d.ſm cōe eſt:ꝛ illud ſm alterum. Quare duoꝛuȝ terminorum medijs infiniti vtiq3 incidūt termini.ſȝ hoc impoſſibile eſt.ſcđm igitur cōe aliqđ eſſe non neceſſe eſt ſemper idem in pluribus.quare vero erūt im mediata ſpacia.

ℭ Probat intētū dicēs.ſit.b.illud cōe q̄ mediāte.a.ineſt.c. ꝛ.d.ſi igiſ.a.ineſt.b.mediāte aliq̄ cōmuni.ꝛ iteꝝ illi mediāte altero.ꝛ ſic infinitū tūc iter duos terminos finitos infinita erūt media:qđ eſt ipoſſe.vt ſupra oſſſum fuit.q̄re ↄcludiſ ꝙ q̄ñ idē p̄dicaſ de duob' nō ſemp dī de illis ꝑ aliud ꝛ aliud cōe:ſȝ eſt v̄e deuenire ad ſpacia imediata.i. ad ꝓpoſitiones ſiue p̄dicationes imediatas.

T.c.38 ℭ In eodē tñ gn̄e ꝛ ex eiſdē athomis neċe ē ter minos eē.ſi q̄dē his q̄ ꝑ ſe ſūt erit cōe.nō enim erat ex alio gn̄e in aliud deſcēdētē demſrare.

D

B ti cōclusione.Notandum q̄ q̄dam scie partiales hñt depēdētia pncipia ex eisdē pncipijs:sicut pars illa meta physice in qua determinať de substantia:⁊ pars in qua determinať de accñte hñt pncipia cōplexa q̄ depēdent ex pncipijs fundatis sup entetā̄lia sunt.t.de quolib3 diciť eē vel nō eē.q̄cūq̄ sunt eadē vni tertio sunt eadē inter se. Alij exēplificāt de pncipijs incōplexis dicentes:q̄ pnci pia substātie sunt materia ⁊ forma.alia ēt sūt pncipia ac cidētiū ⁊ depēdēt ex actu ⁊ potētia:q̄ ipsi dicūt eē pnci pia entis:s3 puto eē melius dicere vt pus.Cū igiť partes ille metaphysice:in qbus agiť de substātia ⁊ accñte:sunt ex eisdē pncipijs ⁊ nō sunt scie penitus altere:silr ps illa in qua agitur de substantia:⁊ pars illa in qua agiť de en te nō sūt altere:eo q̄ pncipia vni⁹ sūt ex pncipijs alteri⁹: ⁊ idē dr de parte in qua de accidēte cōsideraturr:⁊ hoc ē qđ intelligit pħs cū dicit quaꝝ pncipia nec ex eisdē nec ex alteris sunt.Et forte melius textus d3 dicē alterutris ita q̄ pncipia illaꝝ sciaꝝ nō inuice3 depēdeāt.Iste ē mo dus cōis exponēdi.S3 linconiēsis alr vř exponē dicēs: q̄ scie ille sunt altere.i.scie ille sunt penit⁹ diuse nec eedē nec subalternate:q̄ꝝ pncipia nō sunt vnificata in nā vni

C us gñis subiecti:nec in subiectis q̄ꝝ alterū sit sub reliquo. ⁊ sic p ly eisdē ⁊ alteris itelligit subta sciaꝝ.⁊ nō pncipia sicut intelligit primus modus exponendi.

Signum autem huius est cū indemonstra bilia p seipsa in eodē gñe sunt ⁊ proxima.

Primo declarat intētū a signo.scđo remouet dubiū ta citum ibi.Plures sūt demōstratiōes.Littera ista duplr itroduciť.qdā.n.introducūt q̄ alteritatē sciaꝝ eē ex alte ritate pncipioꝝ cōprehēdem⁹ quando resoluenť ad ide mōstrabilia.d3.n.ipsa eē in eodē gñe cū his q̄ demrant. Cui⁹ signū est:qꝛ ista q̄ demōstranť p ipa indemrabilia p xima illis demratis sunt in eodē gñe.q.d.pħs q̄ qñ de uentū erit ad indemrabilia si ipsa fuerint eade3:scie non erūt altere:si ꝟo fuerint altera:scie erunt altere:ꝓpterea q̄ indemrabilia pncipia sunt in eodem gñe cū his q̄ de monstranť.Aliter introduciť ꝑm linconiensem.v3 q̄ signū q̄ ille q̄tuor nolare cōditiones requirunť ad vnita tē scie est qñ scia resoluta fuerit ad immediata.Si enim pncipia fuerit vnificata in gñe vno ⁊ ꝓxima cū ꝑib⁹ de mōstratis ⁊ accidentibus p se demratis erit scia vna ⁊c̄. Iste expositiones parum differunt in sententia.

D **Plures aūt demrationes eē eiusdē pōt est: nō solū ex eodē ordine accipiēti nō ɔtinuū me diū.vt eoꝝ q̄ sūt.a.b.c.⁊.d.⁊.3.sed ex altero vt sit.a.trāsmutari.i quo aūt.d.moueri.sed.b.le tari.⁊ iteꝝ.i.qesce.veꝝ ē.g.a.⁊.d.de.b.⁊.a.de d.pdicari.letās eni moueť:⁊ qđ moueť:trās mutať.iteꝝ.⁊.a.de.i.⁊.i.de.b.veꝝ ē pdicari. ōis.n.letās qescit ⁊ qescēs trāsmutať.q̄re p al tera media ⁊ non ex eode3 genere syllogism⁹ est quare est neutrū de neutro dici mediorum necesse enim est idem alicui vtrunq̄ inesse.in dere aute3 est ⁊ per alias figuras quot modis contingat fieri eiusdem syllogismum .**

Ex his q̄ dcā sūt de alteritate sciaꝝ posset aliqs credē q̄ eadē ɔ̄ nō posset p plura media demrari.nā media sūt pn⁹ demratiōis.ad hoc q̄ remouēdū pħs ponit hāc.ɔ̄nē Plures demrationes ad eādē ɔ̄nē adduci pñt:siue assu mať mediū nō cōtinuū ⁊ eiusdē ordinis:siue assumāť me dia alteri⁹ ⁊ alteri⁹ ordinis.Hec ɔ̄ solū declarať exēpla riter.Nā ɔ̄ qua cōcludiť.b.eē demōstrari poterit per.c. d.i.⁊.3.que sunt media eiusdē ordis.poterit ēt demrari p media diuersoꝝ ordinū.vt sit.a.trāsmutari.d.sit moue ri.letās ꝟo sit.b.quiescere sit.c.tūc poterit argui sic.oē d.est.a.oē.b.est.d.ergo oē.b.est.a.i.oē qđ moueť trans mutať.oē letās moueť.ergo oē letās trasmutať.poterit ēt argui sic.oē.c.est.a.omne.b.ē.c.ergo.oē.b.est.a.i.oē qđ quiescit transmutatur.oē letans quiescit.ergo oē le tans transmutať.fient ergo hic due demōstrationes p me dia ñ eiusdē ordinis.⁊ iō vnū illoꝝ medioꝝ de reliquo pdicari nō pōt.tñ necesse ē vtrūq̄ me^m iesse eidē 3⁹.s.mi nori extremitati.deinde subdit pħs q̄ nō solū in pma fi gura:s3 ēt i alijs istō ɔtigit vt ad eādē ɔ̄nē plā adducanť me⁹.Nōndū ē circa textū q̄ ad eādē ɔ̄nē adduci pñt plura media se hñtia ꝑm quēdā ordinē,⁊ h̄ duplr.s.aut ꝑ3 ordinē tāē ⁊ cāti:aut supiorus ⁊ iferiori.Exē^m pmi.vt si ab hoie p̄ fluat passio disciplinabile.⁊ post disciplina bile risibile.⁊ sic deiceps:poterit risibile de hoie demra ri p aial rōnale ⁊ p disciplinabile tāq̄ p mediū demratio nis.Exē^m scđi.sicut hie tres pōt de isto triāgulo demra ri p triāgulū ⁊ p ysochelē:q̄ se hñt ꝑm supi⁹ ⁊ iferi⁹.Dr aūt mediū alicui extremitati nō ɔtinuū qñ iter ip3 ⁊ istā extremitatē interponiť mediū aliquod ꝑm eundem ordi nē.vt si p aial rōnale risibile de hoie demraret:s3 medium eēt continuū minori extremitati:non tñ eēt cōtinuū ma iori.⁊ si nō per disciplinabile demraret eēt continuū ma iori.⁊ discōtinuū minori extremitati.silr cōtingere poss3 vt mediū eēt vtriq̄ discōtinuū:s3 pħs solū intēdat.vt pu to:de discōtinuitate medij cū maiori extremitate.Silr si de hoc singulari triāgulo demreť hie tres p angulū hie extrinsecū:aut p triāgulū tāq̄ p medium:tunc mediū nō erit cōtinuū maiori extremitati.⁊ per idē ɔtingere poss3 vt demretur per mediū discontinuu3 minori aut vtrisq̄. Notandū scđo ꝑm aliquos q̄ hec ɔclusio est introdu cta ab Ari.vt ostēderet q̄ diuersitas demrationū ad eā dē cōclusionē q̄nq̄ ad eandē scia3 pertinet:vt qñ media fuerint eiusdē coordinationis:quādoq̄ ꝟo ad diuersas scias:vt quādo media nō fuerint eiusdem ordinis:sicut terram esse rotundam ab astronomo demrať p eclypsi3 solis ⁊ lune.⁊ a nāli per motū grauiū ad cētrū.⁊ hec sūt media ñ eiusdē ordinis.vt p3.Dubitať pmo circa exē plū.qꝛ videť pħūs concedere q̄ letas moueť ⁊ quiescit sed hec implicāt ɔ̄dictionem.vt patet.Confirmatur.

Concl'o C

E *Eiusdē cōclonis plā media esse*

F

Dubiū primum

q2 ȝria nō pñt esse cā eiusdē effect⁹:sȝ moueri ꝛ qescere sunt ȝria.ḡ nō pñt eē cā qȯ letās trāsmutet. ❡ Scđo dubitaẜ q2 in pma demrātione vī esse nugatio:qm̄ moueri ꝛ trāsmutari oīno idē ipoꝛtāt. ❡ 3° dubitaẜ.q2 dic̄ pħs ꝙ moueri ꝛ trāsmutari neutrū ð altero pdicaẜ:ꝛ postea subdit ꝙ necē est ista eidē inesse:sȝ hec iplicāt ȝdictionē. Nam quecūqȝ sunt vni tertio eadē sūt eadē inter se: ꝛ p ȝñs alterū illoꝝ ð altero pdicabiẜ. ❡ Ad pmū varie dātur respōsiones. Primo ꝙ letās dū ē in fieri siue in acqrēdo letitiā moueẜ:sed in facto esse dū est acqsita quiescit. Et sic idē letās moueẜ ꝛ quiescit:sed in tpibus diuersis. Secundo ꝙ letās dum ē in acquirēdo letitiā partim hȝ de termino ad quē ꝛ ptim est acquirendū.sub eo:qȯ est acquisitū dicitur quiescere.ad illud aūt qȯ est acquirēdū dī moueri. Et sic ȝcedēdū ē ipsum simul moueri ꝛ qescere:sed reⁿ diuersoꝝ t̄mioꝝ. ❡ Tertio dicūt qdā ꝙ duplex est delectatio.s.sensibilis ꝛ itellectualis. Illa igitur ꝓpositio.omne letans moueẜ.vera ē ð delectactiōe sensitiua loquēdo:que ȝtinue in motu existit.qui.n.sensibiliter delectaẜ semper anhelat ad aliqd vlterius hn̄dū:ꝛ de ista loquebaẜ plato. Illa ꝟo.oē letans qescit. ꝟificaẜ de delectatione intellectuali presertim cū fuerit simplex ꝛ optima. Hec rn̄sio pati posset instātiā:q2 equiuoce accipit minoꝛem extremitatem:ꝛ sic nō esset eadē ȝclusio in vtroqȝ demonstratiōe. ꝛ ideo quidā alij posteriores dicūt vtrāqȝ illaꝝ ꝓpositionū verificari de delectatione sensibili:qm̄ qui sensibilr̄ delectaẜ:nō pfecte ðlectatur ꝛ semper anhelat ad aliquid vlterius habendum:ratione igiẜ:habiti qescit.rōe ꝟo habēdi moueẜ.s.ad appetēdū. ❡ Quarto respōdet linco.ꝙ p trāsmutari subitā trāsmutationē itelligere debemus.p moueri aūt motū successiuum.p letantē āt pħs illū intelligit:q in fine motus quo inclinabaẜ ad rem appetitā iam incipit letari. Ante ergo ꝙ̄ letans ad illum finem perueniat virtus appetitiua anhelat ad cōsequendum obiectum qȯ appetitur: ꝛ ei⁹ inclinatio vocaẜ appetit⁹.spēs ꝟo obiecti mouet ad illð ȝsequēdum. Cum aūt letās ad illum peruenerit finē:ei⁹ appetitus cōuertiẜ in amorē.adheret enim rei:quā cōsecutus est amore.ꝛ optinet quā prius appetebat:ꝛ spes in letitiā cōuertiẜ:q2.s.per speciē istam non amplius moueẜ:sed potius letaẜ. Dicit ḡ vlterius linco.ꝙ letans tali acquisito fine simul moueẜ ꝛ quiescit.qescit.n.i adherēdo obiecto prius appetito ꝛ modo obtento.moueẜ aūt q2 tali obtento obiecto:ꝛ acquisita letitia aia diffundit spūm ꝛ sanguinē ad exterioꝛa.ꝛ istud moueri nō opponitur quieti predicte. Ideȝ ēt letans dicitur subito transmutari. Primo q2 subito in quietē sub re obtēta trāsmutatur.omnis enim finis vnus subita mutatio esse videẜ. Secundo q2 in nouum motum subito mutaẜ.videlicet expansionē sanguinis ꝛ spūum.hoc etiam modo vt ipse dicit oē qȯ moueẜ.ꝛ oē qȯ qescit subito trāsmutaẜ.p monētē itelligēdo icipiētē moueri.ꝛ p qescētē icipiētē qescē sub finali termino motus. ❡ Quinto pōt alr̄ ꝛ facilr̄ rn̄deri ꝙ p moueri qescere ꝛ transmutari pħs intelligit aptitudinē:ita vt sit sensus ꝙ oē letās vt sic est aptū moueri ꝛ quiescere.ꝛ per ȝñs trāsmutari.sic.n.i pħia solem⁹ has ꝓpōnes ȝcedē:id qȯ moueẜ qescit.ꝛ qȯ qescit moueẜ:terra ex̄ locū suū posita moueẜ.ꝛ in loco suo posita qescit.q2.s.illi cui de nā sua ȝpetit moueri ēt ð nā sua qescē ȝpetit.vt ī re cui cōpetit moueri cōpetit ēt qescē.ꝛ cȝ sm̄ ꝙ ipsa fuerit in loco suo vel ex̄ locū suū.ꝛ hoc intelligit de corpib⁹ in h mūdo inferioꝛi. ❡ Ad ȝfirmationē p dici pōt ꝙ moueri est cā trāsmutari:qescē ꝟo est ei⁹ effectus. ❡ Scđo dici pōt iuxta rōnes pcedētes ꝙ moueri ante finē motus ꝛ qescere in fine motus:aut moueri ad aliqd acqrēdū.ꝛ qescē sub acqsito nō ȝriant. ❡ Tertia sm̄ rn̄sionē linconiēsis pcedentē diceret ꝙ moueri ꝛ qescere ex qb⁹ seqẜ letās trāsmutari nō ȝriant cum sint penit⁹ generū diuisoꝝ.vt pȝ ex pcedētib⁹ sm̄ ipm̄. ❡ Quarto dici pōt vt dicit ēt linconiensis ꝙ sic eadē res nālis ex ȝrijs cōponiẜ sic nō inconuenit cās ȝrias eiusdē effect⁹ nālis eē cās.ꝛ per ȝñs demrātiones in nālibus ex ȝrijs medijs ȝcedere ad eādē ȝnē:ille tn̄ non erunt potissime demrationes:sed vel neutra istaꝝ est potissima:vel saltē altera. ❡ Ultio dici pt sȝ vltimā rn̄sionē pcedētē ꝙ aptitudo ad motū ꝛ aptitudo ad qetē ēt respectu eiusdē obti nō ȝriant. Per moueri aūt ꝛ quiescere Arist. aptitudinē itellexit.vt in pcedētib⁹ dictū fuit. Ex q rn̄sione pȝ qliter hec ē ꝟa.oē qȯ moueẜ qescit:neqȝ alie rn̄siones vn̄r posse illā saluare. ❡ Ad 2ᵐ dubiū pōt p dici ꝙ lȝ moueri ꝛ trāsmutari cōuerterenẜ:nō tn̄ sunt penitus sinoia.risibile.n.ꝛ aial rōnale cōuertunẜ ꝛ tn̄ alterū p alteꝝ demraẜ. Scđo ꝛ securi⁹ rn̄deri pōt sm̄ rn̄sionē linconiensis negādo ꝙ moueri ꝛ trāsmutari inuicē cōuertanẜ sȝ ꝙ hic accipiūẜ.vȝ.moueri p motu successiuo.ꝛ trāsmutari p subita trāsmutatiōe. ❡ Ad vltimū dici pōt ꝙ moueri ꝛ qescere actu respectu eiusdē obti nō de se inuicē pdicanẜ lȝ eidē subo inesse possint:sȝ in tpibus diuersis. Ex quo nō sequiẜ ꝙ inter se sint idem. ❡ Alr̄ dici potest ꝙ moueri ꝛ quiescere siue respectu eiusdē termini siue respectu diuersoꝝ non de se inuicem predicanẜ. Nunqȝ enim hec ē vera.moueri est quiescere.ꝛ tamen simul eidē inesse possunt.idem enim simul mouetur ꝛ quiescit respectu diuersorum terminoꝝ. Sicut etiaȝ albedo ꝛ nigredo nō de se inuicē predicanẜ:ꝛ tn̄ eidē subiecto actualr̄ insunt saltē in gradibus remissis. ❡ Aliter ꝛ forte melius diciẜ ꝙ intentio Aristotelis fuit vt neutrum illoꝝ de altero predicaretur predicatione propria.videlicet tanquā superius de suo inferioꝛi. Et ex hoc respondere volebat ꝙ ista nō sunt media eiusdem ordinis:cum quo tamen stat ꝙ ista duo simul eisdem inesse possunt secundum aliquē de modis predictis. Et sic est finis.

❡ De fortuito ꝛ sensibili in ordine ad scientiā.

Sed eius quod ē a fortuna nō ē scia per demonstrationē.neqȝ eni sicut necessariū ē neqȝ sicut frequēter qȯ est a fortuna.sȝ qȯ extra hoc fit.sed demrātio alteri⁹ hoꝝ est. Ois eni syllogism⁹ aut p necessarias aut p eas q sunt tāqȝ frequēter ꝓpōnes.ꝛ si necesse quidem sint propositiones ꝛ cōclusio necessaria est.si vero sūt sicut frequēter cōclusio huiusmodi est. q̄re si id qȯ est a fortuna nō est sicut frequenter neqȝ est sicut necessariū nō vtiqȝ erit ipsius demrātio.

❡ Primo separat quedā a ȝsideratione sciētiaruȝ. Secūdo determinat de pncipijs scientiaꝝ ibi. Eadem autem pncipia ꝛc̄. Prima diuiditur in duas sm̄ ꝙ duas pbat ȝnes. Secunda ibi. Neqȝ per sensum ꝛc̄. ❡ Pria ȝ est ista de effectu eueniente a fortuna non est scientia per demōstrationem. Probatur sic.omne illud de quo est sciētia p demonstrationem: aut est necessarium : aut frequenter verum. Sed illud quod euenit a fortuna neqȝ est necessarium neqȝ frequenter verum.ergo conclusio vera. Minoꝛ pȝ per diffinitionem fortune.secundo physicorū vbi dī ꝙ fortuna est causa per accidens in his que fiunt a ꝓposito ꝛ extra sp̄ ꝛ frequēter. Maioꝛ pbaẜ.q2 cuiusȝ syllī demrātiui pmisse:aut sunt necessarie:aut frequēter ꝟe. Si frequēter vere cōclusio est frequēter ꝟa.q̄re vō

A ¶ Primū dubiū. de casu & fortuna habetur scia tanq̄ de
Du^m p^m causis effectuū casualiū aut fortuitoꝝ. Ergo ð effectib⁹
fortuitis pōt haberi scia per demr̄ationē. cuius opposi-
T.c.4. tū hic dī. l3 9ña. Et assumptū3 pa. 2. phyſi. in tractatu de
& dein- casu & fortuna. ibi ēt dicit phs. q̄ phs nālis qui h3 cōsi-
ceps derare cās p se h3 ēt 9siderare cās p accidens de multis
Du^m 2^m effectibu3 fortuitis. ¶ Scdm dubiū. quelibet demr̄atio
est ex necessarijs. ḡ nulla est ex frequenter contingētib⁹
vt dī in textu. Assumptū p̄ p3: per diffōnē demr̄ationis.
& scire. P3 2ᵉ de mēte boetij i arithmetrica. vbi dīc. Scia
Du^m 3^m est eoꝝ q̄ immutabilē subam sortiūr. ¶ Tertiū dubiū. illa
9ña nō vī valere q̄ ponit in textu. p̄misse sūt freq̄nter ve
ḡ 9 est frequēter v̄a. Sicut enim ex falsis pōt seq veꝝ. &
ex raro 9tingēti neciūm vt cōiter i logica p3. sic vel a for
Solō p̄ tiori ex frequēter cōtingentib⁹ pōt seq necessariū. ¶ Ad
mis p̄mum multa dici & notari possent magis videnda scdo
phycoꝝ. S3 breuiter transeūdo remissa supfluitate v̄bo
rum que cōiter adducūt: r̄ndet q̄ scdo physicoꝝ de for-
tuna & fortuitis h̄r scia. s. cognoscendo quid sit cā & for-
tuna. & effect⁹ casualis & fortuit⁹. & q̄l'r ista 9ueniāt aut
differāt. Et hoc fit p terminos gn̄ales l3 aliq̄ si p termios
singulares declarent via exēpli ad maiorē vel meliorē3
B ipressionē in aīa disciplinabili: in istis tn̄ aliq̄s mod⁹ re-
perit p̄scitatis. Fortuna. n. p se vt cōiter dī fortuna est cā
per accidēs &c. hoc tn̄ nō obstāte dico q̄ per causaz for-
tuitā: aut casualē vt sic siue in vl̄i siue in particulari sum
ptam: nō demr̄at effect⁹ casualis vt sic. v̄bi grā. Nunq̄3
demonstrator demr̄abit receptionē pecunie tāq̄3 effectū
ex ambulatiōe ad foꝝ tāq̄3 ex cā: siue sumat ambulatio
in vl̄i siue ambulatio for. in p̄ticulari. Neq3 fractionē ca
pitis demr̄abit ex descensu lapidis siue vl̄'r siue p̄ticul'r
sumat. Et hoc ideo 9tingit: q2 effectus fortuitus a cā for
tuita 9ueniens per accidēs 9uenit & p̄ter eius intētōē3:
ab ea ēt rarior & cōtingēter 9uenit. de talib⁹ āt vt sic nō
habet scia p demonstrationē: & hoc est qd̄ Ar. hic inten
Solō dit. ¶ Ad scdm dubiū: vt cōiter dī. nota primo q̄ quan
scda. doq3 cā necessario 9ducit effectū suū. aliquando v̄o nō.
exemplū primi sicut in mathematicis & diuinis. Necessa
rio. n. posita equalitate anguli extrinseci duob⁹ intrinse
cis sibi oppositis ponitur equalitas triu3 angulorꝝ duo
bus rectis. Sil'r in diuinis necīo posito tali motu orbiū
celestiū sequit talis effectus aspectus oppositio & cōiun
C ctio: & sic de alijs ēt de intelligētijs dicat. Exēplū scdi. sic
Nō ois in nālibus: licet semen oliue sit causa ipsius effectus aut
cā necīo nālis: non tn̄ necessario posito semine generat oliua: sed
9ducit frequenter ex isto generat. ex q̄bus patet a priori arguē
effectū do in rebus nālib⁹ optime sequitur causa ex effectu. nā
si est aut generat oliua semen eius necessario est aut fuit
a priori vero nō sequitur formaliter vl̄'r a causa ad effe-
ctum. in mathematicis autem & diuinis ex causa s̄3 actū
optime sequitur a priori arguēdo effectus s̄m actum.
¶ Notādū scdo q̄ l3 ita sit: si tamē accipiat cā naturalis.
& per se s̄m aptitudinem ex isto necessario: sequitur effe
ctus s̄m aptitudinē vt si semē oliue ē aptū eē ex isto apta
Cōclō est oliua gn̄ari. & sic de alijs. & in h̄ differt cā nālis p se a
cā fortuita vel casuali q̄ de se nullā dicit aptitudinez ad
effectū casualē aut fortuitū. Ex quo p3 s̄3 aptitudinē de
mr̄ando poterit nālis a p̄ori demr̄are absolute ex neces
sarijs 9cedēdo: l3 p̄misse & 9 s̄m actum nō sunt necessa
rie: sed frequenter vere. ¶ Ad argumentū igit̄ p̄ncipale
cōcedit q̄lilibet demōstrationē esse ex necessarijs. demr̄a
tiones. n. nāles vel s̄m sūt ex p̄missis & 9nē aptitudinez
denotantib⁹ q̄ vt sic sunt necessaria. cū quo stat q̄ vbi di
cerēt actum solum sunt frequenter vere. & h̄ est q̄ philo
sophus intēdit. quedā enim sunt naturalia frequēter cō
tingentia: q̄ tn̄ eo mō quo demr̄ationē ingrediuntur ne-
cessitatē quādā importāt. ¶ Aliter & faciliter soluit lin- D
conīēsis: distinguēs q̄ quedam est demr̄atio 9prie dcā.
& q̄dam cōiter dicta. demonstratio 9prie dicta solum est
ex necessarijs. & hoc 9bāt auctoritates adducte. demr̄a
tio v̄o cōiter dicta pōt esse p frequenter contingētia. & h̄
Aristo. intelligit in predicamentis. ¶ Ad tertiū dubiū Solō
conceditur: q̄ ex frequenter non sequitur necessarium tertij
sed omne necessarium est frequenter veꝝ & nō econtra.
sufficit tamē ad intentum Aristo. q̄ si premisse alicuius
boni syllogismi fuerint frequenter vere: cōclusio ad mi-
nus erit frequēter vera: l3 etiā possit eē necessaria.

¶ **Neq3 per sensu3 est scire: si enim ē sensus ta-
lis q̄ huius & non huius alicuius: sed tn̄ senti
re necesse est hoc aliquid & vbi. & nunc. vniuer
sale aūt & in oībus imposſibile est sentire: non
enim hoc est neq3 nūc. nō. n. eēt vl̄e: qd̄. n. sp̄ &
vbiq3 est vl̄e dicimus eē: qm̄ igitur demr̄atio-
nes vl̄es sunt. has aūt non est sentire. manife-
stū est q̄ neq3 scire per sensum est.**

¶ Ponit scdam 9nem. & p̄ probat eam. Scdo ostēdit ea3
eē honorabiliorē cognitione sensitiua. 3° ōndit cognitio
nē sensitiuā q̄nq3 multū 9ficere ad sciam. ibi scda. Uni-
uersale āt honorabile ē &c. ibi tertia. Sūt tn̄ q̄dā &c. Itē
primo 9bat 9nem. scdo remouet errorē quorūdam ibi.
Cōclō S3 manifestū ē &c. Cōclusio ē ista. scia non est de rebus
sensibilib⁹. vl̄' sub alijs v̄bis scia nō 9sistit in cognitiōe
sensitiua. 9bat sic. scia solū est de vl̄ibus. sed vl̄ia nō sūt
sensibilia. ergo cōclusio vera. maior p3. quia demonstra
tio solum est de vniuersalibus. vt in p̄cedētibus patuit.
q̄re cū scia p demonstrationē acquirat scia est solu3 cū ē
de vl̄ibus. minor 9bat sic. quilibet sensus ē alicuius q̄li
tatis q̄ est huius singularis obiecti. & per consequēs nō
cōtingit sentire nisi singulare obiectū: qd̄ est hic & nunc.
vl̄e aūt nō est hic & nūc: sed semp & vbiq3. alias enim nō
eēt vniuersale. ergo vniuersale nō 9tingit sentire. ¶ No
tādū p intellectu textus q̄ cuilibet sensui exteriori aliq̄
q̄litas corrn̄det tāq̄3 obiectum 9prium ipsi⁹: sicut visui
color corrn̄det: auditui sonus: & odor olfatui. hoc autē a
9prio ei⁹ sensu p̄cipi nō pōt nisi fuerit in aliquo singula
ri subo p̄p mālitatē sensus & hoc ē quod phs intēdit cū
dicit. Si. n. est sēsus talis. i. si sensus ē alicuius obiti q̄lis: E
sicut colorati calidi vel frigidi: qd̄ obiectū habet eē i ali
quo singulari subo. Quidam tamē lr̄am introducunt di
cētes q̄ Arist. intelligit sensum eē vniuersalis: s3 sentire
est particularis: & ideo exponunt sic litteram. Si enim ē Paulus
sensus talis qd̄ ē h⁹. i. si sensus ē rei vl̄aris nō h⁹ alic⁹. s. venetus
rei particularis &c. s3 s̄m precedētē expositionē expone
retur sic: si sensus ē talis obiecti qd̄ ē alicui⁹ & nō h⁹: q2
est alicuius singularis subi & nō alterius &c. & h̄ magis Dubiū
cōsonat expositioni linco. ¶ Dubitat q2 dicitur in textu
q̄ vl̄e ē vbiq3 & sp̄: deinde dicitur quod nō ē hic & nūc: s3
hec iplicāt 9dictionē. vt p3. 2°. sunt multa vniuersalia q̄
non sunt sp̄ neq3 vbiq3: non enim semp. e. species est: neq3
vbiq3 est rosa aut alia: sed in determinatis regionibus:
vt p3. Item si vniuersalia essent vbiq3 tunc in eodem lo-
co eēnt omnia vniuersalia. & sic simul eēnt: homo asinus Solō
& oliua: & sic de alijs quod videtur absurdū. ¶ Ad hoc
varie sunt r̄nsiones. Prima respōsio antiq̄ dicit q̄ vl̄e eē
sp̄ & vbiq3: nō intelligēdū est positiue. sed priuatiue vni-
uersale. n. nō p se est in loco nec in tp̄e: sed p intellectū ab
oī loco & tp̄e abstrahitur. Et addūt quidā q̄ sicut mate 7. met.
ria prima nullam sibi determinat formā. quelibet tn̄ suc tex. c. 8.
cessiue recipit & ad quālibet ē indifferēs: sic ēt vl̄e nullū
locū aut tp̄s de se sibi limitat & ad quelibet ē indifferēs3

A non.n.est in loco neq; in tpe nisi rõne suoꝝ singularium. ꝛ iõ ꝑuatiue ꝛ abstractiue itellectus dĩ eẽ semp ꝛ vbiq;. ℭ Scõa est rñsio Linconiẽsis dicẽs ꝙ vl'e ẽ vbiq;:q2 est in quolibet suoꝝ singularium.Vl'e.n.eẽ vbiq; ẽ ipm eẽ in q̃libet suoꝝ locoꝝ.Sꝫ singularia sunt loca suoꝝ vliũ nõ tñ vl'e est hic neq; nũc.q2.s.nũc ita est in hoc singulari ꝙ non in illo.ℭ Tertia rñsio.eiusdẽ Liconiẽsis dicit ꝙ vl'e est vbiq;:q2 est in intellectu.itellectus aũt dĩ eẽ vbiq;:eo ꝙ oia intelligere põt.intellectus aũt illic est vbi est illud qõ intelligit:sicut ẽt animus amãs est vbi ẽ res amata:sꝫ hoc puto metaphorice dictũ.addit Linco.ꝙ si dicerem⁹ vlia eẽ ydeas in mẽte diuina:aut ydeas situatas i corporibus celestibus:al'r eẽt dñm:ꝛ vide q̃ ibi dicit.ℭ 4ª rñsio quorũdã posterioꝝ dicit ꝙ Ar.hic non loqtur de vli simplici ꝛ absolute:sed de vli cõplexo:videlꝫ de subiecto in relatione ad passionẽ ꝛ cãm ipsius.ꝛ cõ.verbi gra.lunaꝫ eẽ eclypsabilẽ est semp ꝛ vbiq;:q2 vbicũq; ꝛ qñcũq; dyametral'r iterponit terra iter solẽ ꝛ lunã luna eclypsatur.nõ tñ ẽ hic ꝛ nũc:q2.s.aliquo loco vel tpe dyametral' ista interpõ eclypsiꝫ lune causet:ꝛ nõ alio. Primã rñsionẽ puto magis ꝓpriam ꝛ magis ad mẽtẽ Ar. Ex quib⁹

B ad dubiũ pꝫ ꝑiq ꝙ ſm oẽs rñsiones illa non iplicat vl'e est vbiq;:ꝛ non est h neq; nũc.ℭ Ad ↄfirmationẽ pꝫ ſm responsionẽ primã.Scõm Linconiẽseꝫ diceret ꝙ nulla rosa pticulari exñte sufficit spẽm rose ſm aptitudinẽ eẽ in q̃libet suoꝝ singulariũ.Et si dicat ꝙ saltẽ non est semper: responderi potest ꝙ ipsa semper est secundũ eẽntiaꝫ suã: q̃uis semper non sit actu ſm eẽ suoꝝ singulariũ.ℭ Ad scõam ↄfirmationem pꝫ ſm oẽs responsiones.

Ad ↄfirma.

ℭ Sꝫ manifestũ qm̃ ꝛ si eẽt sentire triãgulũ ꝙ duobus rectis eq̃les hr̃et angulos: q̃rerem⁹ vtiq; demõstrationẽ:ꝛ nõ sicut qdã fatent sci/rem⁹. Necẽ.n.qdẽ ẽ sentire singulr. Scia aũt est in cognoscẽdo vl'e. Vñ ꝛ si in luna eẽmus videremus obiectã terrã:nõ vtiq; scirem⁹ cãꝫ defectus.sentiremus.n.qõ deficeret nunc sed non ꝑꝑ qd oĩo. Non enim esset vlis sensus. Sed ex ↄsideratione multotiẽs accidẽte vl'em demonstrationem habemus.Ex singularib⁹

C enim pluribus vniuersale est manifestũ.

ℭ Qdã dicebãt intell'm ꝛ sensuꝫ idẽ eẽ.ꝛ p ↄñs nullam eẽ cognitionẽ nisi sensitiuã.ꝛ sic ſm ipsos scia q̃ in intellectu fundatur idẽ ẽ qõ sentire quod fundatur in sensu.

ℭ Ad hunc errorẽ remouenduꝫ dicit pħs ꝙ quãuis visu comprehẽderemus triangulũ habere tres angulos eq̃les duobus rectis non ꝑꝑ hoc sciam haberemus de illa passione:sicut qdã dicũt:sed adhuc cãm ꝛ demonstrationẽ q̃reremus:q̃re triãgulus hꝫ tres:nã sentire solũ ↄtingit singulariter:scia aũt fundatur in cognitione vlis tñ. Itẽ si eẽmus in luna:aut supra ipsaꝫ:ꝛ viderem⁹ lumẽ in ipsa deficere ꝑꝑ obiectũ terre:tũc videremus lunaꝫ eclypsari.non tñ ex hoc sciremus cãm.ꝛ ꝑꝑ qd vl'r.cognitio enim sensus que est hic ꝛ nũc nõ eẽt cognitio vlis. verũtamẽ ex frequẽti ↄsideratione facta super singulari inq̃rentes vl'e tandẽ sciaꝫ ꝛ demr̃ationẽ habemus de vli. ex pluribus.n.singularib⁹ infertur ꝛ cognoscit vl'e.

ℭ Vl'e ãt honorabilius ẽ qm̃ ondit cãm:q̃re de hmõi:vli scia honorabilior ẽ sensib⁹:ꝛ cognitione quorũcũq; cã ẽ.sꝫ de ꝑmis alia ratio est. Manifestũ igit fit ꝙ impol'e est sentiẽdo scire aliqd demr̃atoꝝ:nisi aliquis sentire hoc dicat scientiam vere per demõstrationem.

D Conclo

ℭ Aristo.intendit istam ↄclusionem.Cognitio scientifica vlis honorabilior ẽ ꝛ ꝑfectior q̃ꝫ cognitio sensitiua. Probatur.q2 vlis cognitio ẽ de vli qõ cãm rei ostẽdit.ꝛ vlterius est honorabilior cognitione eoꝝ quoꝝ ẽ cã.i.cognitione habita p effectuꝫ.ꝛ subdit ꝙ de ꝑmis ꝑncipijs alia est rõ.Deinde ↄcludit qõ manifestũ ẽ:ꝙ impol'e ẽ aliqd demõstratiue scire per sensuꝫ nisi aliqs equoce loquẽdo diceret ꝙ hr̃e sciam p demr̃ationẽ sit sentire.ℭ Nota.ꝙ preter notitiã sensitiuã notitia intellectiua vt ꝓposito spectat est triplex:quedã est ꝑmoꝝ ꝑn̄ıı. Quedã est notitia effectus habita per cãm.Alia est notitia rei que per effectum habet.Notitia ergo effectus per cãm cuꝫ hꝫ vl'r ꝛ demr̃atiue honorabilior est notitia sensitiua.vt h pħs dicit.est ẽt honorabilior notitia rei habita p effectum alijs paribus.ꝛ hoc videt itelligere pħs cũ dicit. Et cognitione quorũcũq; est cã:q̃uis Linconiẽsis aliter istã particulã exponat.nõ tñ vt cõiter dicitur:est honorabilior notitia ꝑnıı:ꝛ hoc dicũt Arist.itẽdere cũ dicit. Sed de primis alia est ratio.mihi tñ videtur ꝙ ex illo textu non habemus hoc concludere.sed de ista mã perfectionis.notitie principioꝝ ꝛ ↄclusionis dixi in precedẽtibus.

Notitia itellectiua 3ª.

E ℭ Sunt tñ quedam reducta ad sensuꝫ ꝑꝑ defectus in ꝓpositis:q̃dã.n. si nõ videremus non q̃reremus nõ tanq̃ sciẽtes in vidẽdo:sꝫ tanq̃ hñtes vl'e ex eo qõ videm⁹:vt si vitꝝ ꝑforatuꝫ videmus ꝛ lumẽ ꝑtrãsiens:manifestum vtiq; erit ꝛ ꝑꝑ qd:ꝛ ꝑꝑ id qõ videmus seorsuꝫ i vtroq;:intelligere aũt sit est:qm̃ in oĩbus sic est.

ℭ Quãuis scia non ↄsistat in cognitione sensitiua.sunt tñ quedã in propositis ꝓblematibus que dubitamus ꝛ eorum dubitatio reducit in defectu sensus.de q̃busdã eniꝫ dubitationẽ habemus:de q̃bus nõ dubitãdo q̃reremus si cãm possemus videre:nõ q2 scire illa sit videre. Sꝫ q2 ex singulari qõ videtur tãdẽ vniuersaliter acq̃rimus de quo sciam habemus. verbi gratia. si videremus vitruꝫ perforatũ ꝛ lumen trãsiens foramina vitri nõ dubitabimus.quare vitrũ trãsparet:q2 tũc causa nobis eẽt manifesta.verũtñ non scimus q2 videamus:cũ illud videre nõ scit scire.p visum.n.cõprehẽdimus in vnoquoq; singulari seorsuꝫ ꝛ p se.p notitiã aũt scientificã simul oia cõprehẽdimus singularia.ꝛ ꝙ in oĩb⁹ sic ẽ:sicut in isto.ℭ Primũ dubiũ circa exẽm pħi:dato ꝙ vitrũ nõ eẽt porosuꝫ: adhuc lumẽ posset p visuꝫ multiplicari cũ sit ꝑuiũ ꝛ dyaphanũ. est enim de nã aeris aut aque vel vtriusq;.quare foramina illa non sunt neccia cã transitus luminis p vitruꝫ:sicut innuitur in textu.ℭ Scõm dubiũ ↄ ꝑncipalẽ ↄnem. videtur ꝙ de sensibilib⁹ sit scia:q2 de sole luna ꝛ stellis ẽ scientia tam astronomia q̃ꝫ naturalis.Item de pluuia:grãdine:tonitruo:terremotu ꝛ alijs impressionibus methеorologicis est scia naturalis. vt patꝫ in li.metheo. que tñ omnia sunt sensibilia. Itẽ de singulari triangulo demonstratur habere tres.ꝛ ois demonstratio sciẽtiã generat. ergo ꝛc̃. Minor de se pꝫ. Et maior colligit de mẽte Aris. in pħe⁹:ꝛ in ꝑnº tractatus de demõstratiõe vli ꝛ ꝑticl'ari. ℭ Ad ꝑm̄ dicitur Aristo.locutum esse causa exempli ſm opinionẽ antiquoꝝ.dicebãt enim quidaꝫ antiqui: vt habetur.2.de aia.ꝙ lumẽ est corpus.cũ igitur querebatur ab eis:quare lumẽ pertransit vitruꝫ respondebãt ꝙ hoc ↄtingit.q2 vitrũ est valde porosum ꝛ p eius porositates lumẽ penetrat.verũtamen q2 porositates ille sunt minutissime non percipiũtur a nobis per visuꝫ.sꝫ si illas videre possemus non dubitaremus q̃re lumẽ vitrũ ꝑtransit. Linconiensis tñ excusans Aris.dicit ꝙ per porositatem

Du^m ꝑ^m F

Du^m 2^m.

solo ꝑ^m.

T.c.69. ꝛ dein/cepa vide de nãm lumis.

vitri intelligit Ar. vacuitatẽ a terrestreitate tenebrosa. nã cũ vitrũ sit valde nature aquee ꝛ aeree parũ participat de natura terrestri ꝛ opaca:ꝛ per ꝯñs valde reddit per/uium in trãsitu luminis ꝑ ipsũ. ¶ Ad 2^m dicitur ꝙ luna sol ꝛ stelle sunt visu sensibiles.ꝯ illis tñ ꝫ singularia sensibilia sunt:non hĩ scia ꝓpriẽ sumpta:sed habet̃ de vniuersalibus ipsoꝝ que sensu cõprehẽdi non pñt. Idem ẽt dicit̃ ad ꝯfirmationẽ de pluuia grãdine ꝛ similibus. ¶ Ad aliam ꝯfirmationẽ de triãgulo particulari dĩ:ꝙ sicut de monstratio ꝑticularis non est ꝓpriẽ demõstratio.sic de ꝯne ipsius non habetur scia ꝓpriẽ de qua hic loquitur. ¶ Sub alijs verbis rñdent moderni ad dubiũ ꝙ si singularia sensibilia abso^e cõsiderent̃:sic de illis nõ est scia: q̃ illis ſm hꝫ non competit passio aliqua demõstrabilis. si ꝟo relatiue ꝯsiderẽtur ꝑ applicationẽ ad sua vlia sic de illis est scia:q̃ tunc aliqua passio de illis demonstrat̃ ratione vlis in quo conueniũt. sicut.n. habere tres non demonstratur de triãgulo particulari nisi prius demõstratum fuerit de triãgulo:sic nõ scitur illũ triãgulũ habere tres: nisi prius sciatur triangulum absolute habere tres.

Solõ 1^e. | Ad confirma. | Uid' pa ulus ve. cui^9 illa solõ est.

¶ De diuersitate principioꝝ in demõstrationibus.

¶ Eadem autem esse principia omnium syllogismorum impossibile est. primum quidẽ logice speculantibus. hi quidem enim veri sunt syllogismi: alij autem falsi.

B

¶ Aristo. ꝑncipalr̃ ꝓbare intẽdit ꝙ nõ eadẽ sunt ꝑn^a oĩũ syllogismoꝝ. ꝛ ꝑ logice ꝓbat intẽtũ. 2° per rõnes magis ꝓprias ibi. Si ꝟo aliter ꝛc. Prima ꝟo pars diuiditur in tres ſm ꝙ tripl'r probat intẽtũ. Secũda ibi. Postea neq̃ false. Tertia ibi. Neq̃.n.oĩum viroꝝ ꝛc. Iterũ ꝑ ꝓbat̃ intẽtũ. Scdo q̃dã cauillationẽ excludit.ibi. Et si nãq̃ ꝛc. In ꝑ igitur pte ponitur ista ꝯ. Non eadẽ sunt ꝑn^a omniũ syllogismoꝝ que nobis ꝑ ꝓcedẽtibus rõnes logicas. Probatur sic. quidã sunt syllõ veri:quidã sunt syllõ falsi: syllõꝝ veroꝝ ꝑn^a sunt vera. ꝛ falsoꝝ sunt falsa:sed ꝑn^a vera ꝛ ꝑn^a falsa non sunt eadẽ.ergo ꝛc. ¶ Nõr^m ꝙ hec rõ cum duabus primis sequentibus ab Ar. dñr logice. q̃ sunt ꝑ cõia quedã trãscẽdẽtia speculatiõne hui^9 libri. ꝯsideratio.n. syllõ veri aut falsi. ꝛ qual'r ex veris nõ seq̃r nisi verũ. ꝛ ꝙ falsa non seq̃tur nisi ex falsis magis pertinent ad librũ priorũ. ¶ Notãdũ scdo ꝙ per syllõm verũ phs intelligit syllõm ꝯcludẽtẽ ꝯnem veram:ꝛ per falsum concludentẽ falsam: ꝛ dicit̃ quidam ꝙ dicit̃ mãliter verus aut falsus:formal'r ꝟo verus.aut syllogismus dĩ ꝑ ꝙ debite vel indebite in mõ ꝛ in figura fuerit regulatus.

Cõclõ.

C

¶ Et si nãq̃ sit verũ ex falsis syllogiçare.sed semel hoc fit:al fi.a.de.c.verũ sit mediũ aũt.b. falsum:neq̃.n.a.in.b.est neq̃.b.in.c.Sꝫ si ha rũ media accipiunt̃ ꝓpõnũ falsa erũt.eo ꝙ oĩs cõclusio falsa ex falsis est:ꝛ vera autẽ ex veris: altere autem sunt vere ꝛ false.

¶ Posset aliquis dicere:ꝙ ẽt syllogismoꝝ veroꝝ sunt principia falsa:q̃ñ ꝯtingit ex falsis syllogiçare verũ:vt pꝫ in logica. Hoc remouet phs dicens:ꝙ q̃uis ꝯtingit verũ ex falsis syllogiçare. hoc tamẽ contingit vna vice tãtũ. Nam si ꝑmisse false huius syllogismi postea probent̃ nõ syllogiçari conuenienter poterunt nisi per premissas veras. verbi gratia. si fiat hic syllogismus. oẽ.b.est.a. oẽ.c. est.b.ergo omne.c.est.a.ꝛ ꝯ sit vera ꝛ premisse false. tũc ambe ꝑmisse syllogiçari non poterũt nisi ex falsis : q̃ñ ꝯ falsa non ꝯcluditur nisi ex falsis. vera aũt ex solis veris ꝯcludi põt:sed altere sunt ꝑmisse vere:ꝛ altere sunt premisse false. quare seq̃tur.ꝯ principaliter intẽta. ¶ Dubitatur quia non solũ semel sed etiã pluries contingit verũ ex falsis concludere. verbi gratia. omnis lapis est aĩal. omnis homo est lapis.ergo oĩs homo est aĩal. ꝛ iterum argñẽdo sic. oĩs nigredo est color. omnis albedo est nigredo.ergo oĩs albedo est color. ¶ Confirmatur magis ad mentẽ Ar. contingit verũ syllogiçari ex ꝑmissis. quarum altera sit vera ꝛ altera falsa:sicut pꝫ in scdo syllogismo ꝑmisso:ꝛ si tũc voluero probare vtranq̃: potero ex falsis illas syllogiçare. ꝛ sic nõ semel tantũ syllogiçabit̃ verũ ex falso. ¶ Confirmat̃ 2°. q̃ stat ꝑmissas imediate esse falsas. ꝛ non eẽ vlterius ꝓbabiles:quare fundamẽtum Arist. nullum. assumptũ pꝫ in hoc syllogismo:omnis quantitas est qualitas. oĩs sub̃a est quantitas . ergo omnis substantia est qualitas. ¶ Secũdo dubitatur. ꝑncipaliter contra primã rationẽ Aristo. supponit enim ꝙ falsoꝝ ꝑncipia sunt falsa. sed hoc non videt̃ verũ:q̃ ꝓpositio falsa potest ex duabus syllogiçari:quarũ altera est vera ꝛ altera est falsa. ¶ Ad ꝑ^m. concedatur illud qđ probat argumẽtũ:sed hoc non est ꝯ intentionem Arist. qui loquitur de syllogismis se per ordinẽ habẽtibus:ita vt premisse vnius ꝑ alterũ probentur. ꝛ sic vltra per ordinem. ¶ Ad primam ꝯfirmationẽ dicitur ꝙ argumentum ꝓbat verum. sed Ar. in eius ratione supponit ꝑmissas esse similes ꝛ vniformes:sic vt vel vtraq̃ sit vera vel vtraq̃ falsa. ꝛ hoc supponit Ar. tanq̃ suppositũ ab aduersario. nam si ꝑmisse sint difformes tunc magis habebitur intẽtũ. ꝑmissa enĩ vera ꝛ ꝑmissa falsa non sunt eadem principia sed distincta. quare non omnium syllogismorum eadẽ sunt principia. ¶ Ad secũdã confirmationem conceditur ꝙ stat premissas falsas non vlterius eẽ probabiles:sed sufficit ad intẽtũ Ar. ꝙ si vlterius istas syllogiçari tantũ semel ꝯtingeret:verũ ex falsis syllogisti ce ꝯcluderetur. ¶ Ad scdm dubium dicitur ꝙ cum ambe ꝑmisse sunt vna copulatiua. Ar. istas accipit pro vno ꝑn^o:ꝛ sic licet vna illarũ esset vera ꝛ altera falsa. tñ tota copulatiua esset falsa. ꝛ per ꝯñs quẽs cõclusio falsa probaretur ex principio falso.

D | Du^m ꝑ^m. | Confir/ma^o ꝑ^a. | Cõfir. 2^a | Du^m 2^m. | Solõ ꝑ^i. | Ad ꝯfirma. | E | Dilutio 2^e robor rationis. | Solõ 2^i obiecti.

¶ Postea neq̃ false ex eisdem sunt. Est.n. falsas adinuicẽ ꝛ cõtrarias ꝛ impossibiles simul eẽ:vt iniustitiam eẽ iniustitiam aut timorem:aut hominem equum aut bouem : aut equale magis aut minus. expositis aũt sic est.

¶ Secundo arguitur sic. non eadem sunt ꝑncipia omniũ syllogismorum falsorũ. ergo conclusio vera. Patet cõsequẽtia. Et assumptũ probatur. q̃ multe sunt ꝯclusiones false inuicem ꝯrie:ꝛ non inuicẽ compossibiles: sicut ista duo. iustitia est iniustitia:ꝛ iustitia est timor. ꝛ hõ est equ^9. ꝛ hõ est bos:equale alteri est illo maius. ꝛ equale alteri est illo minus. que non sequitur nisi ex ꝑncipijs contrarijs ꝛ incõpossibilibus. Et ideo dicit expositis aũt sic est .i. sicut ꝯclusiones sunt incompossibiles sic contingit illas expositis ꝑmissis contrarijs ꝛ incõpossibilibus inferre:sed ꝑn^a incompossibilia non sunt eadẽ. q̃re ꝛc.

F

¶ Neq̃.n. oĩum veroꝝ ꝑncipia sunt eadẽ. altera.n. multoꝝ gñe ꝑncipia sunt: neq̃ cõueniũt vt vnitates punctis nõ ꝯueniunt. Hec quidẽ.n. non habẽt positionẽ. illa autẽ habẽt.

¶ Tertio arguit̃ sic. non omniũ syllogismorum verorum eadem sunt principia. ergo ꝛc. assumptũ probatur multipliciter. ꝑ sic. diuersorum ſm genus altera sunt principia. vnitates enĩ: que sunt ꝑncipia numeroꝝ altere sunt a punctis: que sunt ꝑncipia magnitudinũ. q̃ pũcta ha/

A bent positionem in continuo: vnitates vo non. ergo rc.

Dubiū. ¶ Dubitatur hic cōiter. nā videtur φ punctus non solū est principiū quantitatis continue: sed ēt numeri q: punctus est pn^m continui. continuum autem est pn^m vnitatis cū subiectuz ipsius: ēt per sui diuisionem est pn^m numeri cum numerus causeť ex diōne ɔtinui. quare a p ad vltimum est pn^m numeri.

Solō pau. ve. ¶ Ad hoc rńdent moderni ɔcedēdo φ pūctus est pn^m extrinsecū numeroꝝ: ⁊ nō itrinsecū. ⁊ p ɔńs est pn^m per accńs: ⁊ non p se. sic. n. ɔcedi pōt φ ē pn^m tēporis ⁊ motus: eo φ est pn^m cōtinui: ⁊ magnitudo cōtinua est vtrinsq3 illoꝝ pn^m. Arist. aūt hic loquitur de principiis reruz intrinsecis ⁊ per se. ¶ Potest ēt aliter ⁊ multis modis rńderi sicut in pcedētibus visum fuit.

¶ Necesse est autez in media conuenire: aut in sursum aut in deorsum aut interius hēre hos: illos autem exterius terminorum.

¶ Secūdo arguitur sic. si principia omniū veroꝝ syllogismorum adinuicē ɔuenirent ēt tunc oporteret φ couenirent in medio. vt. s. medium assumereť cis cōe φ esset nihil inter maiorē ⁊ minorē extremitatē vel exterius. Et si p modo: hoc dupl'r contingere posset. s. ascēdēte medio versus maiorē extremitatē: vel descēdente versus minorez.

B Si scdo modo: hoc iterum dupl'r esse pōt: scilz vel assumendo mediū supra maiorē extremitatē: vel assumendo infra minorē. sed supple oīa de quibus syllogismi fiunt: aut demōstrationes taliter ordinari possunt. ergo nō omniū syllogismoꝝ veroꝝ eadē sunt pn^a. ¶ Notandum pro intellectu littere: φ facto tali syllogismo. omne aial ē corpus. omnis homo est aial. ergo ois homo ē corpus. maior cū sit mediata posset dupl'r probari. Uno mō per mediū inter corpus ⁊ hoiem. Alio mō per mediū extrinsecū ab vtroq3. Si p modo aut illud mediū erit appropinquando corpori: ⁊ tūc fiet ascēdēdo: aut appropinquando hoi: ⁊ tūc fiet descēdēdo. Si scdo modo aut medium assumiť supra corpus: aut infra hoiem. ⁊ hoc est qd phs in breuibus intēdit: cū ergo non oīa de qbus intēdūt seu fiūt sylli veri sint hō: sequitur intētū. Hoc idē exēplificari potest de passionibus eiusdē subiecti se per ordinē habētib^9. vt si ab eodē subiecto fluāt. a. b. c. d. passiones poterit mediū assumi intra vel extra. ⁊ sic ɔńr vt prius. Hec ratio verificatur de syllis affirmatiuis veris. in qbus cōcluditur propositio p se in pmo aut scdo modo.

C ¶ Sed neq3 cōium principioꝝ possunt esse aliqua ex quibus oīa demonstrabūtur. Dico aūt cōia. vt oē aut affirmare aut negare. gn̄a enim eorum que sunt altera sunt ⁊ alia quidē in quātitatibus: alia vo in qualitatibus sunt soluz de quibus demonstratur per cōia.

¶ Tertio arguitur sic. si eadē essent oium syllogismoꝝ verorū pricipia maxime viderētur pn^a cōia: sicut omne ens contingit affirmare vel negare rc. Sed qd hoc sit falsuz arguitur. q: ad demonstrādū aliquid vel syllogizandum nō sufficiūt pn^a cōia: sed requiruntur propria: pn^a vo ppria sunt diuersa sm φ ēt genera pdicamētoꝝ sunt distincta. sm enim φ quātitas ⁊ qualitas sunt gn̄a distincta. sic pncipia q̄titatū ⁊ qualitatū distinguunť. ex qbus simul cū principijs cōibus fiunt demonstrationes. quare rc. Linconiēsis tn̄ aliter exponit φ gn̄a sint distincta. nā pn^a cōia cū in demonstrationē veniēt restringētur sm nām reruz demonstrabiliū: ⁊ sic non erunt simpl'r eadē pn^a cōia omnium demonstrationū verarū. ¶ Notandū vt cōiter moderni dicunt: φ pn^a predicamenti subē sunt vt materia ⁊ forma. pma principia q̄titatis sunt punctus ⁊ vnitas. pn^a qualitatis sunt angulus ⁊ triāgulus.

D Dubiū. ¶ Sed dubitatur. quare pn^a subē sunt subē. pn^a tamē pdicamēti q̄titatis non sunt q̄titates neq3 pn^a pdicamēti qualitas sunt qualitates.

Solō pau. ve. Suba ē duplex. ¶ Respondent φ suba est duplex. quedam enim est suba analoga: ⁊ ista de deo pdicatur ⁊ materia pma: ⁊ de oibus substātijs que sunt p se in pdicamēto. Quedā vniuoca ⁊ ista soluz pdicatur de suba pntali cōposita ex actu ⁊ potētia; ⁊ non pdicať de deo cū sit actus pur^9: neq3 de materia pma cū sit potētia pura. ⁊ sic scdo modo accipiendo substātiā: neq3 deus neq3 materia prima est substantia. quare patet ad dubium solutio.

¶ Amplius pncipia nō multū minora sunt cōclusionibus pncipia qdē. n. ppōnes. ppōnes autē assumpti termini aut imissi sunt.

¶ Quarto arguitur sic. pncipia syllogismoꝝ nō sunt multo pauciora cōclusionibus. sed non sunt eedez conclusiones omnium syllogismoꝝ verorum. ergo non eadē sunt ipsaruz pn^a. Minor est nota. Maior declaratur. pncipia enim sunt ppositiones. i. premisse syllogismi. propositiones autē sunt assumpti termini vel interi^9 missi. ergo rc. ¶ Nota pro intellectu lr̄e: si plura sm ordinē accipiātur. vt homo: aial: corpus: animatū corpus: ⁊ suba. φ media in tali coordinatione sunt tria. vz: aial: corpus aiatum: ⁊ corpus.

E Propōnes vo que sic sunt pmisse: φ non sunt ɔ̄nes sunt quatuor. vz. hō est aial. aial est corpus aiatum. corpus animatū est corpus. ⁊ corpus est substātia. Conclusiones vo q̄ inter tales termios formari pnt: sunt sex. vz. hō est corpus animatū. homo est corpus. hō est suba. animal est corpus. aial est substātia. ⁊ corpus animatuz est suba. ⁊ sic pn^a non sunt multo pauciora ɔclusionibus. ibi enim pncipia intelligimus pmissas indemōstrabiles. ille aūt pmisse constituūtur ex terminis aut exterius assumptis. s. supra maiorē extremitatē: aut infra minorem: aut ex terminis in medio positis inter vtrāq3. Et hoc est qd phs intēdit: cum dicit. principia eniz propōnes sunt. ⁊ hec est expositio Linco. l3 quidā alij posteriores alium habeāt modū declarādi: quem minus puto ad mentem Arist. ⁊ forte minus verū.

Obijciť ¶ Sed ɔ̄. cuiuslibet ɔ̄nis due premisse sunt: ergo in triangulo plures sunt pmisse ɔclusionibus. ⁊ per ɔńs in duplo plura pn^a cuius oppositum dicitur in textu.

Solutō obiecti. ¶ Ad hoc respōdetur negādo scdaz cōsequentiā. nō enim quelibet pmissa est pn^m: sed solum indemōstrabilis: vt Az. hic intēdit. ⁊ l3 ɔcederetur quālibet pmissam esse pn^m. tn̄ si sit demonstrabilis ēt erit conclusio. ⁊ ideo ex parte ipsius erit paritas.

F quare ponderande erūt pmisse: que non sunt ɔ̄nes: cum cōclusionib^9: que non sunt premisse. ⁊ tādem habetur plures esse conclusiones: sed non multo plures vt pus dicebatur.

¶ Adhuc conclusiones infinite sunt: termini autem finiti.

¶ Quinto arguitur. ɔclusiones veroꝝ syllogismorū sunt infinite. termini autem supple cōes in quibus sciētie oēs conueniunt sunt finiti ⁊ valde pauci. ergo termini illi siue pncipia super illis terminis fundata nō sufficiunt ad aliquid demōstrādum. ⁊ per ɔsequēs alia requiruntur pncipia particularia. cū ergo ɔ̄nes sint ifinite. pncipia particularia erūt infinita. ⁊ per ɔńs non eadem sunt principia omniuz syllogismoꝝ verorum. maior principalis de se pz inspicienti processus sciētiarū. minor etiam pz. termini cōes omnibus scientiis sunt sicut ens: actus. ⁊ potētia. ⁊ similes: qui sunt valde pauci. Alij sic litterā introducunt. ɔclusiones sunt infinite non obstante. φ termini de se inuicē predicātes sint finiti. nam ex finitis terminis multotiēs combinatis ifinite fieri possunt cōbinationes.

A ꝛ per ꝯsequens infinite ꝯclusiones:tam loquēdo de pre dicationibus per accñs q̃z per se.cum igitur ꝑncipia nõ sint multo pauciora ꝯnibus.sequitur principia eē infini ta.ꝛ sic habetur intētum. ¶ Dubitaſ.si conclusiones fue rint infinite:sicut Aris.hic dicit.tunc in ꝑdicatis per se ē in infinitū procedere:quod est ꝯtra superius determina ta.ꝛ sic videtur apparens contradictio inter textus ꝑhi.

Dubiū.

solo ꝑ ¶ Ad hoc varie dari solent rñsiones. Prima dicit ꝙ non fuit intētio Aris.conclusiones actu eē īfinitas.sed ꝙ sunt in tanto seu tam copioso numero:vt a nobis eorū nume rus comprehēdi non possit.ꝛ hoc nõ repugnat determi natis superius.hāc puto ad mentē Arist.q̃uis nõ sit ne gandū ꝯclusiones aliquo modo posse in infinitū abire.

(solo ꝑ cuz reliqs hi in pau.ve.)


Solo 2ª ¶ Secūda respõsio dicit:ꝙ Ar.hic loqtur de ꝯnibus ve ris seu per accidēs seu per se.arguit.n.ꝙ nõ eadem sunt ꝑn̄ ōium syllo꜡ vero꜡ indifferēter.in ꝑcedētibus autez probauit in ꝑdicatis per se non eē processum in infinitū. ꝛ sic tollit apparens ꝯdictio.hec tñ responsio non videt bene consona intellectui Ar.illo cap. de statu ꝑdicato rum.vbi ꝯcludit:ꝙ sicut in ꝑdicatis ꝑ se non abit in infi nitum in sursū vel deorsū:sic ēt nec ī ꝑdicatis ꝑ accñs.

Solo 3ª ¶ Tertia respõsio dicit.ꝙ sicut q̃uis littere sint finite:ꝑe tñ infinitis modis adinuicē causaliter combinari pñt vt fiant dictiones infinite.sic ēt lz termini predicati de qui bus loqtur Arist.loco allegato sint finiti:totiēs tñ ꝛ tot varijs modis cōbinari pñt:vt fiant ꝯnes infinite.hec rñ sio vī repugnare dictis Ar.capi.allegato.vbi dicit ꝙ si q̃ua sunt finita ꝛ spēs eorū finite.ꝛ si termini sunt finiti. cōbinationes ex eis facte vel aliqb⁹ eo꜡ necessario sunt finite:q̃uis plures sint cōbinationes q̃z termini.Itē non est oīno simile de combinationibus litterarū:ꝛ cōbina tionibus termino꜡.eadē enim lr̄a secūda vice addita va riat dictionē.idem tñ predicatū bis sumptum nõ variat ꝑdicationem.pro eodē enī habētur iste ꝑdicationes:ho mo est album musicū.ꝛ homo est album musicū album.

B

solo 4ª. ¶ Quarta responsio.absolute ꝯceditur ꝯnes eē infinitas vel saltē non repugnat siue per se siue ꝑ accñs.infinite.n. sunt vel esse possunt spēs numero꜡ ꝛ figurarū:cuilibet aūt spēi numeri vel figure sua ꝓprietas correspondet de ipsa ꝑdicabilis:ꝛ de eadē demõstrabilis.sicut triāgulo inest habere tres:ꝛ q̃drato habere latera opposita equa lia:ꝛ angulos equales.ꝛ sic de alijs.sꝫ hoc non obstante cū aliqua illarū ꝯclusionū reducitur ad ꝑn̄ sua:non abi tur in infinitū.lz enim infinite sint figurarū spēs:ꝛ seq̄ns ordinem nature a precedēti depēdeat ꝛ sic in infinitū. qñ tamen illa passio de aliqua illarū demonstratur nõ opꝫ vt ad imediata resoluendo per precedentes figuras de

C



claretur. vbi gr̄ia. de exagono demõstratur:ꝙ si in circu lo collocatus fuerit:vnum eius latus est medietas dya metri circuli.lꝫ ergo exagonus ordine nature figuras ꝑ cedentes presupponat.vꝫ.triangulū:quadratū ꝛ penta gonum.si tamen ista demonstratio ad imediata resolua tur:non opꝫ de aliqua figurarum precedentiū facere mē tionem.quare concluditur:ꝙ lꝫ essent infinite conclusio nes:vt Arist.hic dicit:sicut etiam sunt infinite numerorū aut figurarum species ꝛ passiones:non tamen demõstra bilia ad imediata principia reducendo proceditur in in finitum:sicut Aristo.intendit loco allegato. ꝛ sic tollitur contradictio textuum Aristotelis.

D

¶ Amplius principia hec quidem ex necessita te.illa autem contingentia sunt.Si igitur in i tentione habitis impossibile est eadem eē.Ne cesse est ergo esse alia aut finita:aut cum infini te sint conclusiones.

¶ Ultimo arguit sic.quedā ꝑncipia syllogismorum vero rū sunt necessaria:quedā v̄o ꝯtingentia:sed ista nõ pos sunt esse eadē:vt pꝫ.ergo ꝛc.maior pꝫ primo prio꜡.con cluditur ergo intentione habitis.i.ſm rōnes ꝑmissas:ꝙ non eadē sunt ꝑn̄ oīum syllogismo꜡:cum ꝑn̄ oīa sint fi nita:etiam si conclusiones sint infinite.

¶ Si v̄o aliter quodāmodo dicat aliquis ꝙ hec quidem geometrie:alie v̄o syllogismo꜡:alie v̄o medicine.quid vtiq; erit aliud quod dicit nisi ꝙ sunt principia sciētiarū:sed eadem dice re derisio est:quoniam eadē eisdem eadem es sent:omnia naq; sic erunt eadem.

¶ Nunc per rationes proprias probat principalē conclu sionem ꝛ adducit tres rōnes que potius videtur respon siones quedam remotiue fundamētorum dicētiū oppo situm. Primo igitur dicit:si forte aliqs dicat ꝙ alie sunt ꝯclusiones geometrice alie syllogismorū.i. dialectice. ꝛ alie medicine.hoc nihil aliud ē dicere:nisi ꝙ omnes iste scientie habent principia diuersa.q̄ si dicatur ꝑn̄ istarū scientiarum esse eadē.ergo conclusiones erūt eadē inter se. Patet consequētia.q̄ quecunq; sunt eadē vni tertio inter se sunt eadem:sed principia que ꝯcludūtur ex suis principijs aliquo modo identificātur cum illis.ergo ꝛc. Quidam expositores:ꝛ quasi omnes exponēdo textum dicūt sic.si forte aliquis dicat:ꝙ aliqua sint ꝑncipia geo metrie:alia dialectice ꝛc.que expositio grammatice non consonat.ꝛ ideo ꝑmo modo Linco.exponit.

E

¶ At v̄o neq; ꝙ est ex oībus demõstrare q̄oli bet horum:hoc.n.est querere oīum eadē esse principia.Multū eniꝫ insipiens est. Neq;.n. in manifestis hoc fit doctrinis:neq; in resolu tione possibile est. Immediate enim proposi tiones principia sunt:altera autē conclusio fit accepta propositione immediata.

¶ Secundo arguitur.si eadē essent ꝑncipia ꝛc.tunc ex eis dem ꝑncipijs demonstrarētur oīa ꝑncipiata.pꝫ ꝯñia de se.ꝛ tñ ꝯñs videtur absurdum ꝛ stultū.non enim possibi le est hoc fieri ī doctrinis manifestis.neq; in resolutorijs. nam ꝑn̄ demonstratiua sunt propōnes imediate. altera vera existēte ꝯclusione altera est propositio imediata ex qua demonstraſ. ¶ Nota ꝙ ꝑ doctrinas manifestas ſm aliquos Ar.intelligit doctrinas ex quibusdā sensibili bus ꝑcedentes per se notis ad sensum aut experientiā. per resolutorias autē doctrinas resoluentes effectus in

F

Doctri⁹ manife sta que dicatur.

A causas suas. Scđm alios ꝟo per doctrinas manifestas intelligit doctrinas imediate ex per se notis procedẽtes. sicut cum demonstratur ꝑma propositio geometric.ꝑ resolutorias ꝟo eas que premissas assumunt non per se notas .sꝫ per resolutionẽ ad per se notas reducibiles. sicut quando demonstratur triãgulũ habere tres: aut alia hꝰ. qualitercũqꝫ autem intelligatur certum est ꝙ neqꝫ in doctrinis manifestis neqꝫ in resolutorijs contingit vt ex eisdem ꝑncipijs omnia demonstrẽtur ꝑncipiata.

¶ Si aũt dicat aliqs primas propõnes imediata esse ꝑncipia: vnũ in vnoquoqꝫ gñe est.

¶ Remouet cauillationem. si forte aliquis diceret propositiones primas imediatas esse principia demonstrationum. ⁊ per consequens eadeꝫ sunt principia omniũ. hoc non sufficit. qꝛ preter principia cõia que dicũtur propositiones imediate. prime in vnoquoqꝫ genere. vnũ requiritur ꝑncipium propriuꝫ illius generis. talia ꝟo principia propria non sunt eadem in oibus. quare ⁊c̃. ¶ Nota ꝙ propõnes imediate sunt duplices. Quedam prime: ⁊ quedam posteriores. Exemplum primi. sicut de quolibet dicitur esse vel non esse: que imediate super ente fundatur. Quecũqꝫ sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se: que fundantur super passione entis. Et omne totũ est maius sua parte: que imediate reducitur sup toto ⁊ parte. ⁊ tales principia quedam cõia ⁊ remota dici solent. Lincoñ. tamen per primas ⁊ imediatas intelligit propositiones cõpositas ex primo subiecto scientie ⁊ prima eius passione. sicut exemplificat de istis. numerus est collectio vnitatum. ⁊ numerus est augmẽtabilis in infinitũ: que sunt prime in arithmetrica. Exemplum secũdi. sicut triangulus est figura. ⁊ homo est alal rationale. ⁊ ista principia particularia ⁊ propinqua appellãtur. Non negaret igit̃ phs hanc propositionem. eadẽ sunt principia omniũ cõclusionum. quoniã cum sit indefinita verificari potest de principijs cõmunibus ⁊ remotis. sed intendit ꝙ propositiones imediate prime non sufficiant in demõstrando cõclusiones cum sint principia remota demõstrationes virtualiter ingredientes. sed vltra eas particularia ꝑnꝰ requiruntur ⁊ ꝑpinqua formã demrationis ingrediẽtiaꝗ nõ sunt eadẽ in oibus ꝯnibus demonstrandis vt patet.

Propõnes imediate sꝫ dupli ces.

B ¶ Si ꝟo neqꝫ ex omnibus vt opus est demonstrari quodlibet neqꝫ sic ex altera quare erunt vniuscuiusqꝫ sciẽtie altera. Reliquitur igitur si proxima sunt principia omnium: sed ex his quidem hec: ex illis autem illa.

¶ Ex dictis concludit intentum dicens. si ꝟo non ex quolibet demõstratur quodlibet: eo modo quo est opus aliquid demõstrari. sequitur a similiꝫ nec ex principio alterius gñis demonstratur ꝯ altera. q̃re vniuscuiusqꝫ sciẽ sunt altera principia. i. diuersarum sciẽtiarũ diuersa sunt ꝑncipia. relinquitur ergo si propria sint ꝑnꝰ quibus conclusiones demonstrãtur non omniũ esse principia eadẽ. sed ex his hec demonstrantur: ex illis autem illa.

